600—

83 O.

Coll.

J502

# ADRIANI BEIERI J. U. D.

& in Academia Jenenſi Prof. Publ.

De

# VARII GENERIS INSTRUMENTIS cum maximè OPIFICUM

occaſione

*Tituli Pandectarum de Inſtructo vel Inſtrumento legato. XXXIII. 7.*

*Tractatio*

Vom

# Handwercks-Zeuge.

JENÆ, Sumptibus TOBIÆ OEHRLINGII.

LITERIS WERTHERIANIS.. M. DC. XCI.

Digitized by the Internet Archive
in 2016

https://archive.org/details/adrianibeierijud00beie

SERENISSIMORUM
ex
VINARIENSI e
ad certos tracta
DEPUTATIS
*Viris Illuſtribus, Magnificis,*
*Conſultiſſimis at*

DN. VOLKMARO Happen/
in Ehringsdorff. Comiti Palatino Cæſar.
Sereniſſ. Dominorum Ducum Saxon. in
Aula Vinarienſi Conſiliar. Intimo. Can-
cellario. & Sacri Conſiſtorii Præſidi.

DN. ANTHON GUNTHER
Von Schwartzenfelß/ in Bößleben/Sereniſſ.
Dominor. Ducum Saxoniæ in Aula Vi-
narienſi Conſil. & Aulæ Mareſchallo.

DN.CHRISTIANO FRIEDERICO
Güpner/in Gutmanshauſen.Sereniſſimor.
Dominor. Ducum Saxoniæ in Aula Vi-
narienſi Conſil. Aul. & reſp. Camerali.

*Dominis Patronis ac Mæcenatibus ſuis, præſentium chartarum in*

*SAXONIÆ DUCUM*
aulis
t ISENACENSI
tûs verſus Jenam,
EMINENTISS.
*Generoſo, Prænobiliſſimis*
*que Excellentiſſimis :*

DN. JOHANNI JACOBO Schmidt.
Sereniſſimi Domini Ducis Saxoniæ in Aula Iſenacenſi Conſiliario intimo.

DN. GEORGIO LUDOVICO Schelhaſe, Sereniſſimi Domini Ducis Saxoniæ in Aula Iſenacenſi Conſiliario Aulico & Camerali.

DN. JOHANNI CASPARO Köhn/ Sereniſſimo Domino Duci Saxoniæ in Aula Iſenacenſi Conſiliario.

*ſcriptione optatos precari ſucceſsûs, inſimulq; Studia ſua commendare voluit*
AUTOR.

# *Lecturis benè agere!*

JUS qui dicit, Qualitatem: SINGULARE qui nominat, Relationem denotat: Et refertur hoc ad Jus commune, eâdem qua exceptio ad Regulam ratione. Quare, qui ſeu Exceptionis ſeu Juris ſingularis naturam cupit indagare, ſubinde ad membrum oppoſitum recurrere, ac poſtmodùm adinvicem commenſurare oportet. REGULÆ proprium eſt (1) Univerſalitas, quâ quidquid res ſeu negotium definitum complectitur, ea ambitu ſuô quoque continet. Ex illa fluit (2) Unitas; adeoque ingens doctrina paucis ſæpê regulis contenta eſt; cùm contrà unius regulæ haud raró plures dentur exceptiones. Pari ratione Jus Commune & Unum & univerſale eſt; Particularia, non ratione Rerumpublicarum modò, verùm etiam ſi perſonas, ſi res & actiones conſideres, quibus, ſua privilegia ſunt conceſſa, quam plurima. Perſonæ aliæ naturaliter tales, ſeu ſingulæ ſeu multæ ſunt; ut Nobiles, Mercatores, Viduæ, Minorennes: Aliæ myſticæ, dum in certum corpûs collectæ, univerſitatem quandam conſtituunt, ut Clerici, Canonici, Scholares, Opifices. Res ſunt Libertas, Piæ cauſæ, Actiones. Deniq; Bellum, tam civile quàm forenſe; & in hoc Juramentum. Et ita porro. Quæ ſi quis conſiderat, uti peculiarem habere ſtatum, ita diverſa requirere & accepiſſe jura invenerit: peculiaria quidem, quousque à cœteris perſonis, rebus, actionibus abeunt; communia tamen, quantum ad tertium illud, in quo cum rebus, perſoniſque aliis adhuc conveniunt, retinuiſſe. Quemadmodùm enim Exceptio regulæ haud nocet, ſed eam potius in caſibus non exceptis firmat; Sic Juri quoque comuni per particularia ſuus relinquitur vigor, ac dum horum naturam ſtudemus proponere, ad illud jugi reſpicere tenemur. Quan-

Quando itaque ad exemplum eorum, qui Perſonarum, Rerum atque Actionum aliarum, jura peculiaria conſcripſerunt, JUS OPIFICIARIUM, quoad fines atque terminos ſuos peculiares, deſcribendi provinciam mihi ſumſi, & non unum forſan atque alterum Jurisprudentiæ articulum attingere, ſed per totum Jus commune ſe diffundere; ac modò non peculiarem conſtituere Jurisprudentiam obſervavi: Poſt pertractata pleraque de Jure perſonarum capita, converſus ad Jus Rerum, in ampliſſimum primò Juris in re campum, Materiarum videlic. in quibus transformandis occupantur, ac Specierum, quas pro adjuvanda indigentia nuditatis humanæ, & promovenda ſufficientia Reip. producunt, ac Manufacturas vocant, deferri me perſenſi, quibus tamen ſimul eleborandis, ex variis cauſis me imparem cenſui: atq; interim INSTRUMENTA quorum adminiculô operantur, ſelegi.

Recurrens igitur ad Jus Juſtinianicũ, tanquam commune & regulam, Non alium quàm Titulum Digeſtorum ſeptimum Libri XXXIII qui ad ſcopum atq; inſtitutum noſtrũ collimet propius, deprehendi. Detractâ igitur quæ illi peculiaris eſt, Legati ſpecie, nec non Subjectô inhæſionis, Fundô videl. illis inſtructô, quod nobis Officinæ ſunt opificiariæ, & diſtinctam inſpectionem requirunt: Quoad inſtrumenta eidem inſtiti, potiſſimûm tamen opificiaria pertractavi, & Tibi, Lector Honoratiſſime nunc propono: Exiguâ quidem biliothecæ tuæ acceſſione, Quod ſi tamen benevolè, ut anteriora ſuſcipi ſenſero ſcripta, divinô adjutus auxiliô efficiam, ut Tractatu de Artificibus palatinis, jam tum ſub prælo ſudante, brevi reddatur inſtructior. Largiatur modò Deus mihi Sanitatem ac Reipublicæ pacem. Perſcriptum Jenæ d. XXIII. April. M. DC. XCI.

IN-

# INDEX CAPITUM.


I.

*Onomatologicum. usque ad* n. 12.

II.

*Inſtrumenta ex omni rerum genere ſecernit. usque ad* n. 34.

III.

*Inſtrumenti in varias ſtirpes propago. ad* n. 62.

IV.

*Inſtrumenti Cognata repræſentat. usque ad* n. 89.

V.

*Cauſa efficiens. h. e. Autores. usque ad* n. 132.

VI.

*Manus tractans: ſeu, Quibusnam Inſtrumenta uſui ſint. usque ad* n. 281.

VII.

*Inſtrumenta continet animata. usque ad* n. 320.

IIX.

*Inventarium eſt Inſtrumentorum; ad* n. 641.

IX.

*Affectiones, Uſum & Officium Inſtrumentorum tradit. usque ad* n. 754.

X.

*De Dominio & Contractibus. usque ad* n. 812.

XI.

*De Inſtrumentorum Abolitione. usque ad* n. 819


DE

DE
# INSTRUMENTIS OPIFICUM.
## CAP. I.
## *Onomatologicum.*
### CONSPECTUS.

*Inſtrumenti diverſa conſideratio. n. 1. denominatio. 3. Significatio, 5. pro Arma. 6. Dotes. 9. Enthecæ. 10. Impoſitiones. 11.*

§. I.

INSTRUMENTI conſideratio alia eſt *à priori*, Conſtituendi; alia *à poſteriori*, Conſtitutô utendi. Prior vel ad *Nomen* pertinet, & Grammaticos occupat: vel ad *ſubſtantiam*, & pertinet ad Phyſicum. Poſterior partim eſt *Mechanica* & artificalis, partim *Juridica* & moralis; Uſus enim alius eſt ſecundùm artem, alius ſecundùm legem: dum varia quoque de Inſtrumentis extant Jura; † Quæ modò exercent Interpretes, in enodandis quæſtionibus *Voluntatis*, ad mentem eruendam: modò Judicem, circa Quæſtiones *Juris* & facta juſtificanda. Inſtrumentum enim in commercio eſt, Cadit ſub Juſtitiam commutativam, Recipit affectiones morales, Jus in re & ad rem; quod conſiſtit aut in adquirendo, aut in conſervando & muniendo, aut in alienando & amittendo. *l. f. ff. de L. L.*

1. *Diſpoſitio operis.*

2.

§. 2.

3. *Etymol.* Vocabulum Inſtrumenti natales ſuos longâ ſerie ducit à Strue, proximè tamen ab Inſtruendo. Non abſimili etymô, quô v.g. Sarmentum, Teſtamentum, Ungventum &c. à ſarriendo, teſtando, ungendo; quippe quibus actibus expediendis inſerviunt, aut tanquam eorum effectûs reſidua ſunt, dicuntur. †
4. Inſtruere aliquando *Neutraliter* & abſolutè idem eſt, quod alii rei inſtruendæ inſervire & adhoc idoneum eſſe; ipſo etiam actu adhiberi, & tanquam portio aut adminiculum concurrere. Aliquando *activè*, eſt apparare, conſtruere, diſponere, Ordinare. Rüſten / bereiten / ſchüren. Eoque nomine omne illud ſignificatur, quô quis ad operandum opus habet, quove ipſo etiam actu utitur, & cujus uſu ad rem propoſitam extra ſuas cauſas ponendam, ad finem quem intendit obtinendum inſtruitur, magisque idoneus redditur.

§. 3.

5. *Homonym.* Hinc eo ſenſu tanquam genuinò & nativô, dicimus Inſtrumenta *Oeconomica*; & Inſtruere v.g. Domum, Fundum, Navem. Inſtrumenta item *Mechanica*, & inſtruere Officinam, Tabernam. Inſtrumenta *Militaria*, *Nautica*, *Forenſia*; & Inſtruere Litem. *l. 28. pr. C. de Admin. Tut.* quod eſt, Litigantibus adminicula rei perſequendæ, Documenta, Indicia, Teſtes ſuppeditare, aliisque ad probandum & obtinendum adjuvare præſidiis. Quanquàm poſtremum hoc analogicè, & per translationem à rebus & quidem corporalibus, ad Actiones.

§. 4.

6. *Synonym. Arma.* Quô reſpectu procul dubiô Inſtrumentum alio vocabulô per ARMA exprimitur: ſcil quòd Armis, ut in militia togata inſtrumentis, ad defenſionem inſtruamur; & Inſtrumentis ut in militia ſagata, expeditiores ad operandum efficiamur. Unde Germanus idem utrobique adhibet nomen, ut Rüſtung &

Rüſt-

Rüſtzeug utriusque militiæ denotet inſtrumenta; ſecundùm excellentiam; ſed & cum appoſito Kriegs-Rüſtung/ Sic Cicero *1. Academ.* Totius belli inſtrumentis & apparatu, Zubehörung/ Zurüſtung/ Armatur. † Sed extenſum poſteà, ut non bellica ſolùm utriusque militiæ, Sagatæ atque togatæ, ſed omnium ferè artium atque expeditionum inſtrumenta eô vocabulô exprimantur atque exaudiantur. Ita Virgil. *3. Georg.* de Oeconomicis. 7.

Dicendum & quæ ſint duris agreſtibus arma.

Cur E. non & de MECHANICIS? Imò quidam Opifices Armorum voce modò non ſolitariè utuntur; quando à ſuis Boëthis requirunt: Daß Sie eigen Waffen haben ſollen. † Quorum formulâ Paulus Apoſtolus *Rom. VI. 13.* utitur, ubi arma Juſtitiæ atque Injuſtitiæ, membra corporis humani dicit. Auch begebet nicht der Sünden Eure Glieder zu Waffen/ ( quod Paraphraſtes biblicus Vinarienſis exſertim reddit oder Werck-zeigen ) der Ungerechtigkeit/ ſondern GOtte/ zu Waffen der Gerechtigkeit. 8.

§. 5.

In ſpecie Inſtrumenta Prædiorum DOTES vocari ſolent. 9.
vid. *l. 52. §. 1. ff. de Fidej.* Quemadmodùm certus Teſtator liberto ſuo prædia legaverat, his verbis: Sejo liberto meo fundos illum & illum do, lego, ita ut inſtructi ſunt, cum DOTIBUS & reliquis Colonorum. *l. 20. §. 1. ff. de Inſtr. leg.* † Græcô autem vocabulô Dotes prædiorum, Autore Papinianô ἐνθῆκαι appellantur. *l. 2. §. 1. eod.* quod vocabulum Interpres Novellarum Latinus retinuit in *N. CXXIIX. cap. 8. ibi*: Cum omnibus qui in ea inveniuntur Agricolis & peculiis eorum, & ENTHECIS & fructibus &c. Sunt Enthecæ Supellex, quæ in prædio poſita eſt, & penus, annonaque, tanquam ejus Dos. Sic Iſidorus interpretatur hoc vocabulum: Enthecam Græcô ſermone repoſitam rei copio-

*Dotes.* 10. *Enthecæ.*

11. pioſam ſubſtantiam appellamus. † Hinc Modeſtinus JCtus *Lib. X. Reſponſor.* in teſtamento Lucii Titii cujusdam repertum, reddidit IMPOSITIONES, h. m. Octavianæ Stratonicæ, dulciſſimæ filiæ ſalutem. Volo eam à ſe ipſa accipere villam Gazam cum Impoſitionibus ſuis omnibus. Octaviano Alexandro, dulciſſimo filio meo ſalutem. Præcipuum volo eum accipere Syntheſin ſterilium villarum, cum Impoſitionibus ſuis. *l. 34. §. 1. de leg. 2. Conf. Adr. Turneb. IIX. adverſ. 9. p. 252.* † Neq; obſtat, quòd

*Impoſitiones.*

12. Inſtrumenta & Repoſita invicem contradiſtingvantur, in caſu quem Paulus JCtus *Lib. XIII. reſponſorum* recenſet in *l. 92. §. 1. de Leg. 3.* Quoniam (a) Conjunctio ET tam ſimilia conjungit quàm diſſimilia præcedentibus annectit. (b) Argumentum eſt à Comparatis: A verbo ad verbale, à concreto ad abſtractum, non valet conſequentia. arg. *l. 2. §. 24. ff de O. J.* ubi de Jurisdictione & Jure dicundo.

# CAP. II.

## *Inſtrumenta ex omni rerum genere ſecernit.*

## CONSPECTUS.

Inſtrumentum non *Perſona, n. 13. ſed* Res *eſt*; *14. & quidem* non *Communis, ſed* ſingulorum: 16. Corporalis: 18. non *Immobilis, quale quid Mola, etiam Navalis, 21. & ſuò modò Lecti in diverſorio. 23. Sed* Mobilis *24. Licèt ſit* pertinens *quoddam* officinæ: *26. ceſſante quippe fictione. 28.* Individualis. *29. Non tamen repugnat ſumi per univerſitatem; 31. figuratè ſcil. 32. ſed* Uſus *non eſt niſi ſegregatim. 33. ſecus atque* in *Exercitu. 34.*

§. I. In-

§. 1.

INſtrumentum intra certos limites & ſuæ definitionis cancellos incluſurus, Genealogiam ejus noſſe, atque cùm Majores ejus in linea adſcendenti, tum Poſteros in linea deſcendenti, nec non collaterales indagere opus habet: GENUS dixerim, Species atque Differentias; Sic enim Petrucium illum arboris noſtræ certum deprehenderis. Primò omnium *Quæritur* † Num forte in cenſu Perſonarum inveneris Inſtrumentum? Utique enim Ulpianus Artifices domûs causâ paratos, legatâ eâ ut inſtructa eſt, cum omni jure ſuo, legatô contineri, contra Papinianum, in *l. 12. §. 42. ff. de Fund. inſtr. leg.* aſſerit: cui Paulus in *Librô II. ad Vitellium* adſtipulatur: Piſtorio inſtrumento legato, Piſtores ineſſe exiſtimans: Cùm Paterfamiliâs piſtrinum exercuit. *l. 18. §1. ff. de Inſtr. leg.* atque inſtrumentô balneariô legatô, etiam Balneatorem comprehendi, Neratius reſpondit: auctore eodem Paulô *Lib. IV. ad Sabinum* in *l. 13. §. 1. eod.* † Enimverò, aliud eſt: Artificem, atque adeò Perſonam ſubire quandoque vicem inſtrumenti: Aliud verò: Ipſummet Inſtrumentum Perſonam eſſe. Prius, ut ex textibus allegatis verificatur, ita ad rem non facit. Poſterius, quod intenditur, inde non ſequitur. Cui tamen argumento, cùm inferius ſua ſedes nativa ſit futura, pro nunc haud immorabimur. Remanet ergò, Rebus accenſendum. Nec movet, quòd Ariſtoteli Servus inſtrumentum eſt.

13. *Genus.*

14. *eſt Res.*

15.

§. 2.

16. *Singulorum.*

Num verò (2) COMMUNIS erit? Nam conſtat ſanè, Igne, Aëre, Aquâ & Terrâ, rebus utique communibus, atque ipſis primis rerum omnium elementis, Mechanicos ad varii generis manufacturas ſeu fabricandas, ſeu poliendas, ſiccandasve uti. Dum ad coquendum, liquefaciendum Ignis; Ad ſufflandum & Ignem excitandum, ad exſiccandum Aër; ad lavandum liquandum, coquendum, molendum, reſtingvendum Aqua: Terra

17. ra denique modò non ubique neceſſaria eſt. † At enim, Ignis culinaris non eſt res communis; Elementaris autem non eſt in noſtra manu; quod tamen ad inſtrumenti naturam, ut inferius ſuô locô *cap. IV. n. 84.* ſequetur, requiritur. Sicut nec Aërem dirigimus nos, ſed eidem res noſtras committimus, ad eum expandimus, ejusque operationi applicamus, habendo nos atq; illas paſſivè: Idem de Aqua. De Terra ne dixerimus; ut quæ materia potius eſt, ex qua fiunt tam inſtrumenta quàm manufacturæ. Suntque in univerſum res toti generi humano communes mage quàm uni peculiares.

§. 3.

18. *Corporalis.* Hinc Qv. (3) Num fortean res INCORPORALIS? Ita videri poſſet, ob id, quòd Inſtrumenta prædicamento Relationis accenſemus *infrà cap. IV. n. 86.* Relatio, accidens eſt; Accidentia omnia incorporalia: quia res omnes aut Corporales ſunt, h.e. ſubſtantiæ, aut incorporales, quod ſunt accidentia. conf. *infrà cap. VII. n. 283.*
19. † Deinde conſtat, Eum cui competit Jus v.g. Paſcendi, adhibere iſtud ad agrum ſtercorandum, quod dicunr In die Pferch ſchlagen. Eum cui Coctio cereviſiæ competit, ſaginare ſua pecora von den Träbern/ atque adeò uti eo tanquam inſtrumentô diteſcendi. Jus dominicum in homines
20. proprios oportunum villicationis inſtrumentum eſt. † Sed enim, eodem res recidit: Neque unum neque alterum Jus pro Inſtrumento, ſed occaſio ſaltim & commoditas; Corpora autem Pecorum, Mancipiorum & ſim. pro inſtrumento ſunt: aſt Corpora ea, non jura ſunt.

§. 4.

*Mobilis.* Utrum verô (4) Res IMMOBILES? dubitare non ſinit
21. *Mola.* (a) *Molendinum* omnis generis, ſeu frumenti in farinam transformandi, ſeu olei exprimendi, ſeu coria & pannnos ſubigendi, & ſim. *Cui non refragatur:* Dari *Navalia*: Quæ utique ſint mobilia, commodioris ac ſecurioris ſtationis gratiâ ſæpè translocari ſolita.

ſolita. Nam, uti contrarium hujus, ad *Diſp. Feud.* Schnobel. *IV. th. 8. pag. 20. ſeqq.* oſtendinus: † Ita Ulpianus *Lib. XX. ad Sabinum* rectô greſſu in hanc deſcendit ſententiam, quando & Molas & machinas, aſinum machinarium & machinam frumentariam, Inſtrumenti eſſe ſcribit, in *l. 12. §. 10. ff. de Fund. inſtr. leg.* Javolenus Molas manuarias & jumentarias inſtrumenti eſſe, contra Ofilium ſtatuit cum Labeone, Caſcellio & Trebatio. in *l. 26. §. 1. eod.* † (b) Et Numne *Lecti* in diverſorio pro immobilibus reputantur, dum eo fine atque animi deſtinatione comparari ſoleant, ut perpetuò maneant in hoſpitio. vid. Matth. Coler. *Deciſ. 286. n. 170. ſ.* Geil. *2. Obſ. XI. n. 4.* At verò, Lectos eos inſtrumenta diverſoriorum eſſe, quis dubitet? per ea enim hoſpitium inſtruitur, atque illa profeſſio exercetur. † Sed perperàm hæc! Quia inſtrumentum debet eſſe res Mobilis: Solò quæ continentur, inſtrumentò fundi non ſunt, Fundus fundi inſtrumentum eſſe non poteſt. *l. 12. §. 11. ff. de Fund. inſtr. leg.* Adfixa ſolo, Supellectili mage quàm inſtrumento adnumerantur. *d. l. 12. §. 23. ibid.* Catillus ſenè, pars molæ ſuperior, inſtrumentô cotinetur *l. 18. §. 5. d. t.* † Sed Molam integram qui mobilem, vel inſtrumentum dixerit, *Synecdochâ totius pro parte* integrali id fecerit: qualis quidem in Jure haud infrequens: Nam in *l. 9. ff. ad L. Rhod.* Mundi Dominus, Imperator Romanus dicitur: & Carolus V. Imperator in P. H. *O. art. 219.* Academiam ſeu Univerſitatem literariam, pro Facultate juridica ponit.

22. *Inſtantia ſolvitur.*

23. *Lecti in diverſorio.*

24.

25.

§. 5.

Ac licèt videatur, Ad univerſitatem rei opificiariæ & tabernæ illa pertinere, ac propterea immobilibus annumeranda: Quia tamen ibi non propter ſe, ſed propter opera ibi elaboranda habentur, quod poteſt & in alia officina fieri, ac in ſe nihilominus huc atque illuc transferri poſſunt: Ideò nil vetat, quò minus pro Mobilibus reputari poſſint ac debeant; Argumentô Officia-

26. *Inſtantia 2. ſolvitur.*

ficialium,qui non confeſtim forum nanciſcuntur in loco quem
intuitu ſui miniſterii habitant: v.Carpz. *Lib.2. Reſp. Elect. XXIII.*
27. *per tot.* † Et in eundem Mobilium cenſum ea refert Statutum
Noricorum *part. I. Tit. 11. Lib. IV. fol. 64.* Für fahrende Ha-
be wird gehalten und verſtanden alle Baarſchafft / Hauß-
rath/ Kleinod/ Kleider/ Gebänd/ Harniſch/ Wehr/ Werck-
zeug und alles Vieh & ſeqq. Wehner. *Obſ. pr. verb.* Fahrniß.
28. *pag. 141. b.* † Nam Inſtrumenta in officinis argentariis ac ærari-
is, Schmeltz-Kupffer-Hütten/ Eiſen-Hämmer / ꝛc. ad do-
manda & paranda metalla neceſſaria, *l. f. ff. de ſupell. leg. l. 21. ſq.*
*ff. de Inſtr. leg.* itidem perpetui uſûs cauſâ ibi habentur, ſineque
*à ceſſante* illis inutiles ſunt officinæ. Quia autem Lex, quæ fingit Quòd hæc
*ratione.* etiam ſint res immobiles, deficit. Quare pro Immobilibus
jure non habentur. Quàmvis poſt Heigium Vultejus *Lib. I. de*
*Feud. cap. V. n. 1.* videatur contradicere. Rennem. *de Princ.*
*jur. Diſp. 17. de Fict. jur. §. XX. not. lit. b. pag. 221.*

§. 6.

29. Sed an forſan (5) Integra rerum mobilium *univerſitas*
*Individua.* Inſtrumentum eſt? Annon *corpus* aliquod integrum pro inſtru-
mento eſſe poteſt? Videntur ſecernendæ Quæſtiones. *Ut* e-
nim corpus integrum, etiam *myſticum* non repugnat, vice in-
ſtrumenti eſſe; ut Exercitus Imperatoris, vel manus Apparito-
rum Prætoris: Nam quid refert, uno utatur an multis, ubi vis
major opus eſt? Unus autem inſtrumentum eſſe haud negatur:
30. aſt plurium idem officium, amplior ſaltim poteſtas. † *Ita* non
confeſtim è converſo: Inſtrumentum Univerſitas eſt: Nam
& corpora illa plura in unum coire atque manûs conjungere o-
portet, cùm inſtrumenti vicem ſubire debent: diviſionem in-
*Objectio.* ſtrumentum non recipit. *l. 12. §. 14. de Inſt. leg.* junct. *l. 4. eod.* †
Verum eſt, Inſtrumentum aliquando ſumi pro univerſo *appara-*
*tu*, quô fundus, taberna, domus & id genus alia inſtruuntur, de

quo

quo titulus noſter Digeſtorũ de Inſtructo vel inſtrumento legato agit: Ita Cicero *pro Domo ſua*: In fundum autem vicini Conſulis, non modò inſtrumenta aut ornamenta villæ, ſed & arbores transferebantur. Idem *in Verrem*: Hæc omnia in inſtrumento ac ſuppellectili D. Verris nominabantur: & magis appoſitè Svetonius *in Auguſto* ſcribit: Alexandriâ captâ, nihil ſibi præter calicem ex inſtrumento Regio retinuiſſe. † Niſi vocem inſtrumen- 32.
ti, per *Metonymiam continentis pro contento*, pro Conclavi, der Königlichen Silber-Cammer accipi dicas. Cujus generis Metonymia nec ipſa in jure incognita: Sic Ulpianus in *l. 7. §. 12. ff. de Pact.* infit: Quod ferè noviſſimâ parte pactorum ita ſolet in ſeri. Ubi Pactum pro inſtrumento in quo continetur iſtud; poni obſervavit Marcus Mantua *Lib. un. Paralip. cap. 1. pag. m. 579.* f. ubi plura ſubnectit exempla. † Sed ne tunc individuitati 33.
Inſtrumentorum hoc refragatur; ſeu enim collectio inſtrumen- *Solvitur.*
torum, individui nomen retineat, ſeu id conclavi tribuatur in quo aſſervantur; Non tamen niſi ſingula operantur: & ſi omnia adhibet opifex, ad diverſos actûs, fines & uſûs quodlibet eorum aſſumit. *Nec obſtat*: Milites in exercitu ſimul adhiberi, operari. Nam ſic demum operari queunt, dum copulantur, in manipulos, turmas & ſim. uniuntur: Vis unita fortior. Sæpè tamen & ſeparantur, ubi pauci videntur ſufficere. vid. *Joſuæ VII. 3. Judic. VII. 2.* † Succedit & illa diverſitas, quòd Exercitus ſit totum ho- 34.
mogeneum, omnium eadem natura, eadem operatio, nec eſſe poteſt, niſi jungantur. Unde tanta Magiſtrorum militarium induſtria, in exercendis tyronibus, ut concurrere, junctim agere diſcant. Sed inſtrumenta officinæ cujusque artificis heterogenea ſunt, ſua cuique diſtincta operatio; neque ad idem omnia, nedum ut ſimul adhiberi queant: in tantum ut vituperio Sutori fuerit, eidem pedi omnes aptare calceos, vel calceos o-

mnes eidem muſtriculæ. Facit huc illud: Metiri ſe quemque ſuô pede ac modô verum eſt.

# CAP. III.

## *Inſtrumenti in varias ſtirpes propago.*

## CONSPECTUS.

Dividuntur *inſtrumenta. n. 35.* à *cauſa* Effic. *in Naturalia & Artificialia 36.* à materiali, *in Connexa & ſeparata. 38.* à *Correlato, 41. quòd* vel *ſint* Rei *v. g. Agricolationis: 42. Balnearia: Bellica: 43. Caupona: Coquinaria: 44. Domeſtica: 45. Forenſia. 46. Fundi: Mathematica: Molendinaria. 49.* vel Perſonæ. 50. à Finali. 52. à ſtatu, *in Communia & Peculiaria. 55.* ab affectionibus *civilibus, in Propria & Aliena. 67.* ab uſu, *in Principalia & Vicaria. 59.*

§. 1.

35. *Species.* Fuit introductio Inſtrumenti per diverſa genera ſubalterna, tanquam Majores: Sequuntur variæ ſpecierum ac ſtirpium divisiones, ex diverſis fundamentis, tanquàm matrimoniis, natæ ac productæ proles (1) *à Cauſa efficiente,* vel *Naturalia* ſunt vel *artefacta.* Illa à natura ſua & ratione formali, vel viventia ſunt vel vitæ expertia. † Priora rurſus vel rationis participia, ut Tyro, Boëthus, Servus quem Philoſophus ipſemet definit inſtrumentum, vivum, ſeparatum, rationis particepes. ſeqq. vel irrationalia, ut animalia bruta: de quibus *vid. cap. VII.* Licèt autem Alfenus nihil animalis opinabatur inſtrumenti eſſe, *l. 12. § 2. ff. de Fund. inſtr.* hoc tamen non eſſe verum, Ulpianus dicit *ibidem.* † Arte pleraque facta: Et ſunt, qui ſua ſibi aptare norunt inſtrumenta, ſunt qui accipere malunt ab aliis, ut majori aſſiduitate ſuis vacare queant manufacturis. Unde nec turbet quempiam

*Diviſio 1. ab Effic.*

36.

37.

piam

piam, Catalogo ſeu Inventario Inſtrumentorum *infra cap. IIX.* ponendo, pleraque inſerta, ſpecies potius ſeu manufacturas, quàm inſtrumenta videri: Quæ utrumque tamen ſunt, prout ad ſuum Autorum referas vel Uſurpatorem. Inde & ſegregamus Capita, ut *Quintò* ponatur Cauſa efficiens; *Sextò* Manus utens. *v. cap. V. n. 89.*

§. 2.

(2.) A Materia & integritate, vel *Connexa* ſunt, ut Manus; 38.
vel *ſeparata*, ut Malleus minor atque ordinarius. Connexitatem autem intelligimus, non cum Manufactura, quippe quam inſtrumentum haud ingreditur, *l. f. h.* ut. v. g Lima fiat pars clavis; Sed cum operante, qualiter Catillus eſt pars molæ ſuperior; Meta, inferior. *l. 18. §. 5. h.* & † quodlibet membrum humani corporis, 39.
cœterorum quaſi inſtrumentum eſt; Pes eundi, Lingua loquendi: adèo, ut & quæ ad loquelam cooperantur, de ſe dent literis nomina labialium, dentalium, gutturalium, lingualium. Unde regula illa grammatica: Literæ unius inſtrumenti facilè inter ſe permutantur. † Medium quodammodò genus conſtituunt, 40.
quæ pro diverſitate formæ, uſûs atque officinarum, modò affixa ſunt, modò ſeparata: ut Follis in officina fabrili, ad furnum; in organis muſicis, ad ipſum corpus: Malleus major, in officinis ferrariis, ab illo ipſo denominatis, den Eiſen-Hämmern: quem ob magnitudinem ſuam rotæ impulſu aquæ verſandum committunt.

*2. à Materia.*

§. 3.

(3.) *A ſuo principali* ſeu Artifice, per quem dirigitur in- 41.
ſtrumentum, dividi poteſt in tot ſpecies, quot profeſſiones ſunt atque operationes: ac *referuntur* modò *ad Rem* ſeu profeſſionem, modò ad *perſonam* quæ illam exercet. Quæ diviſio fundatur in *l. 12. §. 16. l. 21. junct. l. 17. pr. l. 18. §. 1. h. t.* † Illo re- 42.
ſpectu dantur (a) Inſtrumenta AGRICOLATIONIS; quæ, quia

*3. à Principali.*

in varias rurſus abit ſpecies: Agrorum, Hortorum, Vinearum, inter ſpecies ad Perſonam reſpicientes cenſebimus. Eſt enim vel Agricultura, vel Horticultura vel Vinicultura; & illa rurſus vel florum vel olerum. Kräß- und Blumen-Garten/ ſeu fruticum & arborum, Wein- und Obſt-Garten.

§. 4.

43. (b) BALNEARIA ſeu Balneatoria. conf. *l. 13. §. f. l. 78. §. f. ff. d. t.* (c) BELLICA ſeu militaria. Eſſendiæ, civitate Ducatûs Bergenſis, diverſi generis ſclopeta conficiuntur. Zeiler. *circul. Weſtph. p. m. 784.* Solingæ ad Wippram, ejusd. Ducatûs oppido, proba ſclopeta parantur, Id. *d. tr. p. 814.* (d) CAU-
44. PONIA, ut dicit Ulpianus in *l. 43. §. 9. ff. de R. N.* pro quo Haloander ſubſtituit Cauponaria: Sed citra neceſſitatem, ut notat Gotofredus; poſtquâm Mæcianus in *l. 17. §. 2. ff. de Fund. inſtr.* Cauponium inſtrumentum dicit. † (e) COQUINARIA, qua-
45. lia ſunt Lebes, Patella, Tripos, Olla, Culter, &c. (f) DOMESTICA. Quæritur autem, ſi Domûs inſtrumentum ſit legatum, quid contineatur? vid. *l. 12. §. 16. eod.* ubi inter Supellectilem, Inſtrumenta & Ornamenta diſtingvitur. add. *l. 20. §. 8. eod.* An Mola continebitur? *v. l. 16. §. 1. junct. l. 18. §. 5. ibid.* An Figulina? *v. l. 25. §. 1. d. t.* an Fundus? *v. l. 12. §. 11. eod.* Sed, quia hæc pertinent ad mentis interpretationem, forſan infrà ſuô locô expedientur.

§. 5.

46. (g) FORENSIA ſeu Rerum judicialium; ſuntque vel *Peculiaria;* ſeu *Partibus*, ut Teſtes, Procuratores; ſeu *Judici*, Viatores, Exſecutores, Lictores, denique Carnifex; cui viciſſim ſunt Equuleus, virga, crux, gladius, & ſim. Denn endlich
47. müſſen Galgen und Rad die Leute bekehren helffen. † vel *Communia* utriſque, ut documenta literaria, & Acta; cùm privata, qualia ſunt chirographum, inſtrumentum nuptiale, id eſt, Dota-

Dotale, de quo vide *l. 1. C. de Dot. promiſſ.* tùm publica, Protocollum & ſim. quæ omnia veniunt nomine communi Inſtrumenti: ut quô denotatur quævis ſcriptura, quæ ſuper aliquo negotio, memoriæ fideique gratiâ conficitur. † Ac viciſſim *à* 48.
*Quanto*, in Brevia ſeu Commentarios; ex Extenſa, vulgò Ingroſſata: *ab Autoritate* in literas & Inſtrumenta diſpeſcitur. Sequuntur (h) Inſtrumenta FUNDI. *v. l. 21. ff. de Fund. inſtr. leg.* † (i) 49.
MATHEMATICA, Philippus Haſſiæ Landgravius quondam Buzbaci, mathematica magni pretii & artis inſtrumenata quæ poſſedit, Academiæ Gieſſenæ legavit, ubi in Collegio Philoſophico aſſervantur. Zeiler. *in circ. Rhen ſup. pag. 697. ſq.* (k) MOLENDI. *l. 18. §. 2. & 5. l. 12. §. 10. l. 21. inf. eod.* (k) NAVIS *l. f. d. t.* (l) TABERNÆ *l. 23. d. t.* (m) VENATORIA *l. 22. pr. eod.* (n) VILLAE, v. g. Vineæ.

§. 6.

Ad *Perſonas* relata inſtrumenta, ſunt v.g. (a) *Medicorum. l.* 50.
*18. §. 10. d. t.* (b) *Nautarum. l. f. eod.* Virgil. *5. Aen.*

Colligere arma jubet, validisque incumbere remis.

(c) *Opificum*, in ſpecie Laniorum *l. 18. pr. ibid.* (d) *Pictorum l. 17. pr. eod.* (e) *Piſcatorum l. 17. §. 1. l. 27. pr. d. t.* (f) *Piſtorum l. 18. §. 1. eod.* Inde (g) *Ruſticorum.* v. g. Aratrum *l. 8. pr. ibid.* (h) *Studioſorum*, ut libri. Sic Plinius: Cujus arma erunt, non venabulum aut lancea, ſed ſtylus & pugillares. (i) *Vinitorum l. 16. §. 1. junct. l. 27. §. 4. & l. 8. circa finem pr. d. t.* † Utrum autem ſuummet 51.
aut *ſui ipſius inſtrumentum* quis eſſe poſſit? dubitaverit quispiam; quód Relatio omnis fiat ad aliud, non ad ſeipſum; nihil autem ſimul eſſe & non eſſe poteſt: An enim Magiſter ſuô continebitur inſtrumentô, ut ſe ipſum ex armario, vel de pariete promat? Sed de hoc in Subjecto. videſis interim *l. 13. §. 1. l. 17. §. 1. l. 18. §. 1. h. t.*

§. 7.

52. (4) *A Fine & uſu* dividi poterunt, quòd ſint vel ſolùm A-
4. *à fine.* GENDI, qualia erant illa Forenſia : vel GERENDI, ut Actores *l. 12. §. 38.* Villici, Coloni, Mancipia. *l. 20. §. 3. de Fund. inſtr. leg.* & quoticunque fide domini ſunt in domo vel fundo. *v. l. 18. §. 4. l. 20. §. 1. d. tit.* quin & Pecora, *d. l. 20. §. 3.* & Jumenta, fructuum
53. exportandorum *l. 12. §. 1. ib.* † vel denique OPERANDI, idque *vel* ſimpliciter & abſolutè, alicujus actûs expediendi, *vel* ſpecies producendi & materias transformandi; qualia ſunt *mechanica*: & ab Uſu, quem *ſive ſpecialem* præbent atque particularem, ſunt *vel* Separandi, ut Serra, ſecuris; *vel* copulandi, ut Forcipes, Glutinum, Zwingen/ Klammern/ Leim. *vel* Lavandi ac purgandi;
54. *vel* Condendi, ut cupæ; *vel* Excipiendi, ut vaſa minora. † *Sive totalem* atque univerſalem, *vel* Coquendi, ſalem, cereviſiam, mulſum, Saltz- und Brau Pfannen / cibos denique vel medicamenta. *vel* Extrahendi, ut Calvaria Chimicorum, Brenn-Kolben und Helme/ *vel* Aptandi, ut Malleus; *vel* Cogendi, ut Prælum, Cochleæ &c.

§. 8.

55. *Quintò* à Statu ſuo, dividi poſſunt in *Generalia* ſeu
5. *à Statu.* pluribus Opificiis communia : quale quid eſt Furnus, intuitu Fabrorum omnis generis; omnes quippe cudunt, Sie ſchmieden alle aus der Eſſe. Et *Peculiaria* ſeu diſtinctiva, quæ certæ artis Magiſtri præ Extraneis ſibi vindicant, tanquam Terminalia, cum
56. cœterorum excluſione. † Ita Limam, Cochleas, Serarii tanquam ſuæ artis proprias vindicant ſibi, Solearios inde acriter arcendo. Quin Furnum invident aliis, Collegio utcunque incorporatis, qui non ſunt Cuſores. Sicut hoc *inferius cap. VI.* ex profeſſo oſtende-
57. mus. † (6) Poſſent dividi in *Propria & Aliena,* à commercio &
*Diviſio. 6.* patrimonio. Cujus diviſionis apud Opifices aliquis uſus eſt, dum Boëthos aliquarum artium oportet certas inſtrumentorum ſpe-

ſpecies habere proprias ac ſecum ferre : aut ſi ſuppeditat Magiſter, in dies aut ſeptimanas mercedis partem deducit : ut apud Fabros lignarios It. Murarios obſervare licet. *vid. cap. XI. §. 3.* † 58.
Pariter Magiſterii Candidatos quorundam Collegiorum, artis ſuæ ſpecimina ſuis inſtrumentis elaborate oportet, müſſen ihre eigene Waffen haben/ quædam verò jubent Magiſtrum, ad cujus officinam eum pro ibi laborando ablegarunt, talia commodare quolia habet, So gut Er Sie hat/ *conf. cap. X. §. 4.*

§. 9.

Denique, (7) ſunt vel PRINCIPALIA atque immediatè 59.
operi producendo inſervientia; vel VICARIA atque mediata *Divis. 7.*
& ſubordinata: quæ diviſio fundatur in *l. 12. §. 6. de Fund. inſtr. leg* ubi *Inſtrumentum inſtrumenti* nominatur, atque iſthuc Lanificæ, Focariæ, quæ familiæ ruſticæ inſerviunt, cenſentur. Addemus nos quemvis Boëthum, qui officinæ Magiſtri ſui inſtrumentum eſt, & nihilominus limâ, ſerrâ, malleô & ſimili inſtrumentò operatur. † Quæſitum fuit, Piſtorio inſtrumento legato,
an ipſi Piſtores imputentur? Quæſtio voluntatis viſa, ut neceſ- 60.
ſum ſit, inſpici etiam perſonas legantium. Atque adeò Piſtores ineſſe credantur legato, caſu quô Paterfam piſtrinum exercuit. Nam plurimùm intereſt, Inſtrumentum Piſtoribus, an Piſtrino paratum ſit *l. 18 §. 1. ff. d. t.* Nam poſteriori caſu, reale
quoque eſt, & rem ſequitur † Iſtud *quæſitum* fuit: *Utrum & immo-* 61.
*bilia* inſtrumentum inſtrumenti fieri queant? v. g. Salicetum, Arundinetum. Cœſa enim, materiam igni præbent, inſerviunt coctioni, calefactioni. Et reſpondetur *diſtingvendo*, ut *procedat* caſu propoſitò; quia tunc fructibus reſecta accenſentur:
*Fallat* contrà, quouſque ſolò continentur. † Idem in Palis & 62.
fundo palari dicendum. *l. 12. §. 11. d. t.* quia tunc fundi adhuc pars ſunt. *l. 44. de R. V. l. 17. de act. emt.* Fundus autem fundi inſtrumentum eſſe non poteſt. Addas, quòd ab Uſu alia ſint quæ vitæ com-

communi, quæ ipſi beatitudini civili conducunt, alia quæ, quàm artificioſa ſint & compendioſa, minus tamen vitæ communi ac ſtatui publico videntur proficua; qualia ſunt noſtri ſeculi inventum Inſtrumenta textoria molendinaria: Band-Stühle/ Strümpff-mühlen und dergleichen/ dequib. *vid. infra n. 815.*

# CAP. IV.

## *Inſtrumenti Cognata repræſentat.*

## Conspectus.

Differt *Inſtrumentum à Supellectili, n. 63. Ornamento rei, 66. & Portione. 68.* Loci eſſe, *quid dicatur, 71. quove dicendi genere. 73. Inſtrumenti* Requiſita, genere *differre à Manufacturis. 75. Individua eſſe. 76.* In ſpecie requiſita *Inſtrumentorum Loci, Præſentia. 77.* generatim *Neceſſitas ſeu Inevitabilitas. 80. Tutela rei. 83. Arbitrium Magiſtri. 84.* Relatio *Inſtrumenti. 86. &* Definitio. 87.

§. I.

63. *Differentia à Supellectili.* Luſtranda nunc & reliqua ex latere cognatio: Entia videlicet, quæ ejusdem naturæ, atque idem de illis ſtatuendum eſſe videtur; Non ſunt tamen: adeoque facilè confuſio poterat oriri, quæ omnis tamen ſtudioſè vitanda, & diverſitatis indaganda ratio. E quorum numero eſt (1) SUPPELLEX, domeſticum Patris fam. inſtrumentum, quod neque argento, aurove
64. facto vel veſti annumeretur, † i. e. Res moventes non-animales, *l. 1. & 2. de ſupell. leg.* Et ſanè, ſupellectilem Patris fam. inſtrumentum eſſe, Nemo dubitat. *l. 12. §. 43. h. n. t.* Villæ tamen inſtrumentô legatô, ſupellectilem non contineri, verius eſt *l. 16. pr. h.* Seorſim etiam exprimuntur Inſtrumentum & Suppellex,

in

in *l. 7. h. t.* quinimò contradiſtingvuntur in *l. 20. §. 20. & 23. eod.* ita, ut quædam magis ſuſpellectili adnumeranda, & Supellex inſtrumentô non contineatur *d. l. 12. §. 15.* † Differunt igitur (a) 65.
tanquam latius & anguſtius; poſtquàm inſtrumenta pleraque in ſupellectili numeramus, licèt non omnis ſupellex inſtrumentô contineatur, neque uſum illum præbeat. (b) Supellex utendi cauſâ comparatur; Inſtrumentum, operandi.

§. 2.

Cognatis accenſetur (2.) ORNAMENTUM, ab Inſtrumento ſiquidem hôc diſtat, quod rem facit ornatiorem atque inſtructiorem; Inter Inſtrumentum tamen multum intereſſe, 66. *Ornamentis.*
Caſſii fuit ſententia, qui dicebat: Inſtrumenti ea eſſe, quæ ad tutelam Domûs pertinent: Ornamenti contrà, quæ ad voluptatem; Sicuti Tabulas pictas, Schildereyen. *l. 12. §. 16. h. t.* † Loquebatur autem in ſpecie de Inſtrumento domûs: generatim 67.
verò Omne Inſtrumentum neceſſarium eſt, ad rem ſeu producendam ſeu tuendam: Ut adeò *inſtrumento* inſit *Neceſſitas* eine Unentbährligkeit/ *Ornamento Voluptas.*

§. 3.

Porro (3) Vicinitas quædam intercedit inter inſtrumentum & PORTIONEM, ut facilè pariter confundi, aut de uno 68. *Portione.*
tranſitus ad alterum fieri queat: tanquam quæ ſola penè *Solutio* vel *affixio* ſeparat. Quod *diſcrimen* Papinianus oſtendit, quando *Lib. 7. reſponſorum* ait: Sigilla & ſtatuæ affixæ, Inſtrumentô domûs non continentur, ſed domûs Portio ſunt. Quæ verò non ſunt affixa, inſtrumentô Domûs non continentur, inquit; Supellectili enim adnumerantur. *l. 12. §. 23. h.* † Exceptô *horologiô æreô*, quod non eſt affixum: Nam & hoc inſtrumentô do- 69.
mûs putat contineri. Sicut *Prothyrum* domûs, ſi Velamen eſt, inquit (forſan eine Spaniſche Wand) inſtrumentô domûs continetur. *Fiſtulæ* autem & *Canales* & *Crateres*, & ſi qua

alia ſunt, ad aquas ſalientes neceſſaria; item *Serræ* & *Claves*, ma-
70. gis domûs portio, quàm domûs inſtrumentum ſunt. † *Specularia* quoque adfixa, magis puto domûs eſſe partem. Nam & in emtione domûs ſpecularia & pegmata cedere; ſive in ædificio ſunt poſita, ſive ad tempus detracta. Sed, ſi non ſunt repoſita, ad hoc tamen ſint ut ſuppleantur ſi qua deſint, inſtrumentô potius continebuntur. *d. l. 12. §. 24. ſq.*

§. 4.

71. *Loci eſſe,* Portiones illæ aliâ phraſi LOCI ESSE dicuntur; & quidem per Comparationem: Loci *magis* quàm Inſtrumentum eſſe: v. g. Canales, Claves, Crateres &c. in *d. l. 12. §. 24.* Dolia, Vaſa, Ancones & quæ reliqua in *l. 13. pr. ibid* recenſentur. Molas manuarias, Supellectilis; Jumentarias autem Inſtrumenti eſſe, Ofilius ait. Labeo, Caſcellius, Trebatius neutras ſupellectilis, ſed potius inſtrumenti putant aſſe; Quod verum putat Javole-
72. nus in *l. 26. §. 1. eod.* † Pegmata, ſpecularia, *l. 12. §. 25.* Vaſa Culturæ utenſilia, *l. 13. pr.* Quibus textibus vocabulum in ea phraſi:
*Græciſmus eſt.* LOCI: INSTRUMENTI: ellipticè deeſt; Forſan *ſpecies* aut *Portio*: Supplendum aut ſubaudiendum; more Græcorum, in
73. Jure noſtro non admodùm inuſitatô. † Sic in illo Juſtiniani: Laudamus Prætorem humanitatis ſuæ: *§. 3. I. de Bon. poſſ.* ſupple: Intuitu, vel Gratiâ: καϑ' ἑλληνισμὸν ut ait Dn. Strauch. *Ex. Juſtin. XI. aph. 5. pag. 181.* add. Felvvinger. *tr. de Senator §. 7. p. 122.* Id quod ſatis tamen exagitat Bachov. *Comment. Inſt. d. t.* Quaſi verò aliis idoneis Autoribus ejusmodi conſtructio ſit inſo-
74. lens! † Et non Cornelius Cenſus *Lib. 1.* dicat: Laudatur Hippocrates artis & facundiæ: ſub audi: causâ. Et imò *Totum Latium græciſmis plenum eſt.* Quanquàm legamus & expreſſam; videl. in *l. 12. §. 25.* Specularia domûs eſſe PARTEM: nec non Molæ PARTES ædificiorum dicuntur *l. 21. eod.* Sigilla, ſtatuæ, domûs

domûs PORTIO ſunt. *l. 12. §. 23.* Villa PARS fundi habetur *l. 15. inf. eod.*

§. 5.

His poſitis, ſequitur, ad Inſtrumentum requiri (1) ut *ſit Res Diverſi generis ab ea quæ* per id producitur, quamve tuetur. Quare, cùm Paulus JCtus ei qui navem cum inſtrumento emerat, præſtari & ſchapham navis deberi reſpondiſſet, Imò contrà cenſuit Labeo. *Lib. 1. πιθανῶν.* Enim verò Scapha navis, non eſt inſtrumentum navis: Etenim mediocritate, non genere ab ea differt. Inſtrumentum autem cujusque rei, neceſſe eſt alterius generis eſſe, atque ea quæque ſit: quod Pomponio *Lib. VII. epiſtolarum* placuit. *l. f. ff. de inſtruct. leg.* vide tamen *n. 82. infra cap. IIX. §. 71.* 75. *Requiſita, diverſitas:*

† (2) Ut ſit *Individuum*: Cùm enim partis ejus ſeorſim nullus ſit uſus, ſolidum adhiberi neceſſum eſt. Unde, ſi quis eodem inſtrumentô in pluribus agris utatur, Cujus agri ſit inſtrumentum? quæritur. Et arbitratur Ulpianus *Lib. XX. ad Sabinum*, ſi quidem apparet voluntas Patris familiæ, cui potius agro deſtinaverat, ejus eſſe inſtrumentum: Cœteri enim agri ab hoc velut mutuantur. Si non appareat, nullius inſtrumento cedet: *v. n. 86.* *Neque* enim *pro parte dividemus* inſtrumentum. *l. 12. §. 14. ff. de Inſtruct. leg.* 76. *In dividuitas:*

§. 6.

(3) Ut ſit Apparatus rerum diutius manſuarum *d. l. 12. pr.* *Duratio.*
Quare Javolenus *Lib. V. ex poſterioribus Labeonis*, quod Labeo, 77.
Trebatius Dolia fictilia item plumbea, quibus terra adgeſta eſt, & in his viridaria poſita, ædium eſſe putent; ita demum putat verum eſſe, ſi ita legata ſint ædibus, ut ibi perpetuò poſita ſint.
† Sic quoque inſtructis domibus legatis, Crabattus argentô inauratô tectus, mortis Titiæ tempore in domibus non eſt repertus, ſed in horreis tantisper conditus: ac *quæſitum*: An is quoq; præſtandus ſit? Reſpondit Scævola *Lib. reſponſorum*, ſi in domo 78.

eſſe ſoleret, & quô tutiore locô haberetur, interim in horreum
79. allatus eſſet, nihilominus præſtandum. *l. 20.* §. *8. de Inſtr. leg.* †
Item *quæſitum*, Cùm Teſtator factò teſtamentô in Provinciam
ſit profectus, an ea mancipia, quæ poſt profectionem ejus aut
mortem, ſine cujusquam autoritate, ſponte ſuà ad Parentes &
notos ſibi homines in fundos legatos tranſière, legato cedant?
reſpondit Idem: Non legatos eos, qui fortè veluti commean-
tes tranſiiſſent. *d. l. 20. §. 5.*

§. 7.

80. (4) Ineſſe debet inſtrumento neceſſitas aliqua præſentiæ
*Inevitabilitas.* & concurſûs ad rem producendam, atque adeò Indigentia ex
parte Principalis, eine Unentbehrligkeit/ quâ requiritur, ut ex-
erceri ſine illo actus ſeu jus, aut produci ſpecies haud poſſit:
quippe inſtrumentum eſt apparatus rerum diutius manſura-
81. rum, ſine quibus exerceri nequiret poſſeſſio. *l. 12. pr. ff. d. t.* †
Cùm ergo *quæſitum* fuit, An frumentum quod cibariis Culto-
rum paratum foret, inſtrumento cederet? & plurimis non pla-
cuiſſet, ob id, quòd conſumeretur. Ulpianus tamen *Lib. XX.
ad Sabinum* putat, Et frumentum & vinum ad cibaria paratum,
inſtrumentò contineri: & ita Servium reſpondiſſe, Auditores e-
jus referunt. Ita quippe conſumitur, ut ſemper reponeretur:
82. Surragotio [illegible]a facit perpetuitatem. † Similiter Quæritur. SCA-
PHA Inſtrumentum navis ſit, & conſeq. An emptâ cum Inſtru-
mentis navi, veniat & Scapha? quod putavit Labeo. Notavit
Paulus. Enim verò ab eo ipſo rurſus diſcedit uſus in Belgio, at-
que utique Scapha emtori adjudicatur: quod eâ navis carere,
aut in portum ſine illa nequeat appellere, Teſte Grœnevvegen.
83. vid. quæ *modò n. 75.* adfuerunt. † Porro (5) requiritur ut ad rei
*Concurſûs.* principalis productionem, tutelam. *l. 12. §. 16.* vel exercitium,
*l. 15. pr. d. t.* concurrere debeat: atque adeò poſtremum hoc re-
quiſitum ad uſum & effectum, ſicut primum illud ad ſubſtanti-

am,

am, ſecundum, ad Naturam ejus, tertium ad adjuncta pertinet.

§. 8.

(6) Inſuper requiritur, ut in manu atque poteſtate noſtra ſit, atque aliquod in iſtud arbitrium noſtrum. Nam quod Aer, Aqua, Ignis, Inſtrumentis accenſentur, de Igne culinari eſt exaudiendum. Cœterùm ad Aërem exponimus operas noſtras paſſivè, exſiccandi gratiâ: aërem autem ipſum non dirigimus. De Aqua ſimiliter, res noſtras ad eam applicamus, aut certè temperamus ſolùm, quousque per vim majorem licet. vid. *ſup. cap. II. n. 16.* † In ſpecie Fundi Inſtrumentorum requiſita Paulus Lib. II. ad Vitellium exprimit (a) In eo ſolita eſſe: (b) certê majori parte anni. (c) qui Manendi ibi causâ iſthuc ſe recipiunt. Quare ſi qua conſultò in fundo congeſta contractaque ſunt, quò legatum cumularetur; ut dum Teſtator Viduæ Stannum quod mortis tempore in culina foret; Filio, ſi quod in muſæo haberet; legaſſit: Illi ſtudiò nova cum tritis permutaſſent, das neue Zinn vom Sims in die Küch: & quicquid ſubtrahere poſſent, in muſæum comportaſſent, Legatò non contineri Paulus ait. *l. 18. §. 12. de Inſtr. leg.*

84. *Arbitrium.*

85. *Inſtrumenta fundi.*

§. 9.

Poſt hæc omnia, Inſtrumentum *definiturus*, in prædicamento non Subſtantiæ, ſed Relationis quæſierit. *vid. cap. VII. n. 283.* Sunt enim ad aliud, ac referuntur modò ad perſonam, cui inſerviunt, modò ad ſpecies quibus producendis adhibentur, modò ad materiam cui transformandæ introducta ſunt, modò ad artem cui ſunt peculiaria. Ita dicuntur Inſtrumenta Pictoris, Piſcatoris. *l. 17. d. t.* Texendi, Secandi It. Domûs, Fundi, Navis. *l. 12. § 16. l. 21. d. t.* † Nec obſtat, Inſtrumentum quandoque nusquam referri, ut ex Ulpiano allegatum *ſup. n. 76.* Quia Ulpianus non Relationem inſtrumenti abſolutè, ſed ad alterutrum fundum negat. Foret

86. *Definitio.*

87.

itaque Inſtrumentum *generaliter* Omnis apparatus quô quisque ſcopô ſuô potiturus inſtructus eſſe, & actiones ſuas juvare debet; quove adhibitô idoneus obtinendo fini evadit : ſeu ut cum Ulpiano loquamur : Inſtrumentum eſt apparatus rerum diutius manſurarum, ſine quibus nequiret exerceri poſſeſſio *d.l.12.pr.ff.*
88. *eod.* † Ita inſtrumenta non ſolùm agendi, ſeu in judicio ſeu extra illud, in privato, re familiari & fundo, ſed etiam operandi
89. comprehendetur. † Vel *Specialius*, ad negotia effectiva reſtringendo, Inſtrumentum eſt res corporalis, mobilis, individua, quâ pro conditione profeſſionis ſuæ quisque, rerum diverſi ab ea generis producendarum gratiâ diuturniori tempere opus habet.

# CAP. V.

## *Cauſa Efficiens:*

h. e.

## *Autores.*

## CONSPECTUS.

*Fabricare inſtrumenta, nec ſolet quivis n. 89. nec promiſcuè licet, 90. citra Turbationis exprobrationem. 91. ut vel in re abjecta oſtenditur. 93. Primorum autem* Inventorum *notitia confuſa eſt; 97. dum vel de Cribro, 98. aliisque rebus, integræ certant Gentes. 100. Nec non* ſinguli; *dum modò Anacharſis. 102. Dædalus. 107. Talaus. 109. Triptolemus. 112. aliiq; aliarum atque aliarum rerum laudantur repertores. Certiores tamen habentur Æolus, quoad uſum Velorum. 114. Scalarum, Carpaneus. 116. Armamenta* ruſtica *Ceres, 117. Corbes item, Fiſcos atque Quallos inveniſſe dicitur. 121. Cypiras Forcipem, Marculum, Incudem, 122. Dibutades* fictilia *vaſcula*

*vaſcula reperiſſe perhibentur. 123. Icarus Vela, 124. Oſiris armamenta ruſtica, 125. Pentheſilea Securim, 126. Prometheus Ignem ſervare ferulâ, 127. Pythagoras Normam docuit. 128. Dolia Speuſippus, 129. Adminicula gubernandi navem Typhis, 130. & Vulcanus Ignem invenit. 131. quod tamen cum anterioribus* conciliatur. *132.*

§. I.

POſt hæc ſequuntur Cauſa Efficiens, & Subjectum utens. 89.
vid. *ſup. cap. III. n. 38.* Nim. Inſtrumenta, cùm Naturalia *Inventores*
diximus & artificialia; reſpectum ad *Cauſam* habuimus & *Originem*: de qua ſollicitus quispiam, *quæſiverit*: (1) Ecquis Inſtrumenta fabricare ſoleat? ad hoc, ut ſi quispiam tali indigeat, nec efficere valeat ipſe, aut è re artis non ſit, huic etiam operi vacare; Ubi gentium iisdem valeat potiri? Sunt enim quibus magna eorum vis ſeu copia opus eſt. Et ſanè, dum opificio addiſcendo vacat, occaſionaliter id cognoſcit ex actibus Magiſtri, unde is nanciſcatur. Cœterùm, vacare ſolent inſtrumentis fabricandis peculiares artifices. v. g. Fabri armarii, Peyl-und Waffen-Schmiede / inſerviunt omnis generis artificibus qui in lapide & ligno operantur. De Textoribus dicemus *infrà cap. IX. §. 74.* Vietoribus die Banck-Richter. & ita conſeq. † (2) *Qv.* 90.
Ecquid integrum ſit, cui volupe eſt, ſua ſibi fabricare inſtrumenta? *Ratio dubitandi*, Quod regulariter aliunde mutuanda. Nec fiet ergò citra Turbationis crimen. Quibusdam certâ ſolum ratione, modô, gradu licet. Sic Solearii clavum, quibus in equis ac rotis calceandis quotidie opus habent, ſi minoris quâm ſesqui obulô ematur, cudere ipſi prohibiti, ad Clavularios deſuper vadere jubentur. † Id quod Collegium Cultrariorum Fabro cui- 91.
dam Soleario, Inventori, ut gloriabatur, capulorum flexibilium, quibus & novum indiderat nomen, & provocare illos ad imitatio-

tionem audebat: ſibi autem integrum fore, concreditum divinitus talentum uſui proximi dicare atque exercere; objiciebat. Pace Lectoris emphaſin germanicam exprimere atque ad-
92. ſcribere licebit: † Die Kunſt ſo er redlich gelernet / wird Ihme nicht gewehrt/und ſolches ſein Talentum ſind Huf-Eiſen/ Rade-Schienen/ Pflug-Schaare ꝛc. Die mache Er/ und darauff provocire Er ſeine Mit-Meiſter. Es kömmet ihm aber nicht zu / einen Nagel/ ſo wolfeyler als ein Dreyheller zufertigen / ſondern denen Nagel-Schmieden. Nicht ein Band oder Haken an einen Laden / Er mache es ſo künſtlich und Meiſterlich als Er wolle / denn diß gehört den Schlöſſern zu. Thut Er darwieder / ſo iſt Er ein Stöhrer/ und iſt in der Obrigkeit Straffe.

§. 2.

93. Econtrà Solearii Naumburgenſes in Reſponſione ad conſultationem Jenenſium, ſub *dat. 8. Nov. 1680.* affirmabant, à Lipſienſibus habere ſe, quòd liceat illis clavos in uſum Fabrorum fabricare. Es haben auch die Leipziger Mit-Meiſter heraus geſchrieben/ daß ſie mögen groſſe und kleine Nagel/ welche die Zimmerleute verſchlagen / machen / deßwegen auch Anno 1654. den 1. Decembr. darüber richtige Confir-
94. mation von ihrer Obrigkeit erhalten. † Jenenſes Pactô id cum Seraiiis *d. 6. Martii 1584.* obtinuerunt inter cœtera. Verbis: Daß den Huf-Schmieden/ wie vor alters der Brauch geweſen / Bänder an Top / Thüren und Läden / auffgeſetzte Haken und Nied-Nägel zu machen/ wie ſie aus dem Feuer geſchmiedet und an Holtzwerck angeſchlagen werden/ nicht ſol gewehret / ſondern vergönnet und nachgelaſſen ſeyn/ Aber an die Bänder Reiffen zu ſtoſſen/ oder dieſelbe damit zu poliren/ deßgleichen die Nied-Nagel / auffgeſetzte Haken zu feylen ꝛc. ſol allen Huf-Schmieden allhier gäntzlich ver-

verbohten ſeyn. † Adde inſuper de hac Qv. Jus noſtrum Prohibendi *cap. IIX. n. 338. & 345.* & quæ *infrà hic cap. X.* §. 2. forſan obvenient. 95.

§. 3.

Inſuper (3.) Quæritur: Quem *Inventorem* quodvis eorum nactum fuerit? Negotium ad hiſtoricos mage pertinens; quorum fidem ſequi oportet, dum haberi modò poteſt: Atenim, potuerunt vel incurii rerum fuiſſe, vel lapſi aut falſi etiam; vel planè intercidiſſe. † Quorundam igitur inſtrumento- 96.
rum notitia *generalis* atque confuſa eſt, Civitati per averſionem, vel integræ adeò Genti laudem inventionis attribuens: Quorundam Inventores in *individuo* laudantur. Quædam pluribus attribuuntur; dum aut certant invicem, Ita Hyppaginem invenerunt Salaminii vel Athenienſes; Aut quisque ſuô locô verum dicit. † Sic CRIBRA ſecundùm diſtincta genera, diverſæ 97. 98.
invenerunt Nationes; teſte Pliniô *Lib. XIIX.* è ſetis equorum, *Gallia* invenit: *Hiſpania* ex lino, excuſſoria ad excutiendam farinam; & pollinaria, ad purgandum pollinem, i. e. craſſiuſculum pulverem. *Ægyptus* verò ex Papiro juncoque: Poſteà ex pellibus ſuillis *Italia.* Polydor. Virgil. *Lib. III. de rer. invent. cap. 2. pag. m. 200.* † *Salaminii* Hippagos, navigii genus, equis trans- 99.
vehendis idoneum; Treff-Schuytyen/quod alii tamen *Athenienſibus*, & in ſpecie Pericli adſcribunt. Quæ confuſio aut diverſitas ex vicinate oritur, quia Salamin Inſula in Euboico mari hodie Coluri dicto, contra Athenas ſita eſt, ita ut ab utrisque, uſus ad exteros propagari potuerit.

§. 4.

Ex certis, ÆGYPTII *Lucernæ* invenerunt *uſum.* Auctor 100.
Clemens. Vergil. *de rer. invent. Lib. II. cap. 19. p. m. 174.* COPÆ *Remum;* cui tamen latitudinem addiderunt PLATEÆ. quibus forſan ipſis hoc nomen inde obtigit. Erant autem tam

D Copæ

Copæ quàm Plateæ Civitates Bœotiæ Provinciæ, ex adverſo Inſulæ Eubœæ in mari Ægæo, quam hodiæ Negropont dicunt: ob id, quod tam anguſtô Euripô à Bœotia ſit diviſa, ut pené illi
101. conjungatur. † TYRRHENI denique quos Hetruſcos Romani dicebant, atque Thuſcos, (unde hodienum eorum Regio Toſcana vocatur) *Anchoram* invenerunt.

§. 5.

102. Sed & ſingulæ Perſonæ; quæ à diſtinctorum inſtrumentorum inventione celebrantur, certæ ſunt vel *incertæ*. Sic (1) ANACHARSIS Scytha, teſte Scrabone *Lib. 2. Georg.* (a) *Folles*, inſtrumentum quô emittitur atque attrahitur ventus ad excitan-
103. dum ignem, invenit. † Eundem (b) *Figulinam* quoque *rotam*; cujus circumactione vaſa formantur, inveniſſe Plinius tradit. Sed ſi, ut inquit Seneca, apud Homerum longè antiquior invenitur figuli rota; Non video, quomodò Anacharſis eſſe Autor hujus rei potuit. Nî Homerô ipſo dicas fuiſſe antiquiorem. At imò ſacra hiſtoria utroque antiquior, ejus meminit *Eccleſiaſt.*
104. *XXXIIX. 32.* † Eidem inventum (c) *Navium bidentium*, auctore Strabone, *Lib. VII.* adſcribunt aliqui; Cùm juxta alios Eupalamius navem fecerit bidentem. (d) Harpagonas Idem inveniſſe ſcribitur: de quibus in inſtrumentis nauticis *cap. IIX. §. 40.*
105. *n. 475.* † Cœterùm fuit Anacharſis regiò ſangvine natus, admirandæ ſapientiæ Philoſophus, ut ſcribit Cicero *Lib. V. Tuſc. Qv.* qui ſtudiò cognoſcendi ritûs & mores Græcorum, in Græciam, quò tempore ſeptem florebant Sapientes, appulit: atque adeò, ſi non invenit, primus forſan ſpecies illas intulit, uſum docuit, vel aliàs excoluit, atque ſic interpolavit ut novæ viderentur. Quum autem in patriam ſe recepiſſet, græcôque ritu ſacrificaret, à fratre ſuo, Scytharum Rege interemptum ſcribit
106. Lâertius. † ARCHYTAS Heſtiæi, ſive ut alii malunt, Mneſarchi filius, Philoſophus Pythagoricus, patriâ Tarentinus, qui in Ma-

Mathematicis majorem humanô captu progreſſum feciſſe, & Machinarum ſcientiam inſtituiſſe traditur. Eidem EUDOXUS, Æſchinis filius, patriâ Cnidius, Aſtrologus & Geometra, tenus hac adjungitur.

§. 6.

Pariter Plinius tradit *Lib. VII.* quòd (2) DAEDALUS, homo Athenienſis, primus omnium invenerit fabricam materiarum, h. e. lignariam; & in ea Serram, Aſciam, Perpendiculum, Terebram, Glutinum, Lithocollam: Malum denique & Antennam navi impoſuerit. † Sed Ovidius tamen *Lib. IIX. Metamorph.* (3) PERDICCEN, Dædali ex Sorore nepotem, Cirrinum & Serram inveniſſe ait. Traxerat enim. in exemplum ſpinas in medio piſce notatas; de quo etiam *in Ibin* canit: 107. 108.

Ut cui cauſa necis Serra reperta fuit.

(4) Ptolomæus aſtrolabii perhibetur Inventor, qui vixit A.C. CXXX. & Alexandriæ Aſtronomiam docuit. Enimvero Hipparchus jam invenerat, Is ſolùm emendavit v.n. 123 † At, ſecundùm Diodorum *Lib. V.* (5) TALAUS, non Perdix (niſi duorum nominum unus homo fuit) adoleſcens, filius ſororis ejusdem Dædali, qui ab eodem erudiebatur, repertâ ſerpentis maxillâ, parvulum cûm ſecuiſſet lignum, imitatus eſt poſteà dentium ſpiſſitudinem, ſerram ferream primus omnium fecit. † Reperit etiam Tornum & Rotulum figulinum. Ita, cûm pluribus rebus hominibus profuiſſet, magnâ laude celebratus eſt. Hunc puerum Dædalus invidiâ motus, exiſtimans Turpe eſſe, Magiſtrum ab adoleſcente gloriâ vinci, dolô interfecit. Accuſatus ob id judicii metu in Cretam aufugit: † Ubi primò Regiæ uxoris amoribus, ligneâ vaccâ fabricatâ inſerviit: dein Minois Regis juſſu Labyrinthum, cui ex nefando illo concubitu natum monſtrum, Minotaurus includeretur: ad exemplum Ægyptiaci, (cujus quidem vix centeſimam continebat portionem; Itinerum 109. 110. 111.

nerum tamen ambagibus, occurſibus & recurſibus multò admirabiliorem) exſtruxit.

§. 7.

112. (6) TRIPTOLEMUS, fertur in Attica regione uſum Frugum, Aratri & Agriculturæ primus inveniſſe. Sed, teſte Pliniô *Lib. VII. cap.* (7) BRIGES Athenienſis, invenit Aratrum. Enimverò, *Non unus in orbe floruit monſtrator aratri;* Sed in

113. diverſis locis diverſi. † Ex quo Tragus prodidit (8) HABIDEM Hiſpaniæ Regem, barbarum populum docuiſſe boves aratrô domare. Ferunt (9) OSIRIM apud Ægyptios inſitionem & aratrum, vinique uſum, primum reperiſſe. *v. n. 125.* Qua de re nos pauló pòſt in Ceres, & n. 125.

§. 8.

114. Ex Certis, (1) ÆOLUS eſt, quem Diodorus, Velis uti Nautas primùm docuiſſe, ſcribit. Plinius eum *Lib. VII. cap. 56.* Hellenis filium facit, à quo Ventorum rationem primò inventam tradit. Dictus etiam Hippotades, quòd ex Segeſta Hippo-

115. tæ Trojani filia natus eſſet. † Unde Ovidius *Lib. XI. Metam.*

Quod Pater Hippotades tibi ſit qui carcere fortes
continet ventos.

atque Æolias tenuerit Inſulas ab ſe nominatas, & in eis Strongylem, cujus Incolæ triduò antè prædicere ſolebant Quinam flaturi eſſent venti. Factus hinc locus fabulæ, ut Æolus qui in hac

116. Inſula regnabat, ventorum Rex diceretur. † (2) ARACHNE Lydia puella, linum & Retia inveniſſe Plinio ſcribitur. (3) CAPANEUS, (triſyllabum Καπανεὺς) invenit uſum Scalarum in urbium expugnationibus. Vegetius *Lib. IV. de re mil.*

§. 9.

117. (4) CERES, Saturni & Opis filia, Gentilibus DEa Frugum culta; quòd omnia ferramenta ruſtica quibus terra vertitur, ſimul ergò Aratrum repererit: Autore Virgiliô

Pri-

Prima Ceres ferrô mortales vertere terram
Inſtituit.

Quod Serius approbat, dicens, Quòd Ceres prima omne genus Agriculturæ docuerit: Unde peculiari epithetô ALMA dicebatur, quòd iſthôc ſuô beneficiô homines adhuc alat † Quæ, 118.
cùm filiam quæreret, atque à Celeo, qui Eleuſin tunc regebat, liberaliſſimè hoſpitiô ſuſcepta fuiſſet; pro remuneratione non ipſi modò genus omne agriculturæ oſtendit, verùm etiam filium ejus Triptolemum recens natum, per noctem igne fovit, per diem lacte divinô nutrivit, & eum alatis ſerpentibus ſuperpoſitum, per totum terrarum orbem miſit, ad uſum frumentorum hominibus indicandum: ut (Servius habet.) † Qvi poſtmo- 119.
dùm ſacra Cereri, quæ Plinius *Lib. XXIV.* Theſmophoria vocat, inſtituit. Nam Græci Cererem etiam Theſmophoron, Legum Latricem vocant. Quia, antè quàm illa agriculturæ uſum docuiſſet, homines nullâ lege vivebant; poſteà verò Cereris beneficiô, monſtratô uſu frugum, ceptum eſt de agrorum finibus, qui anteà nulli erant uſui, diſceptari: Quam primam volunt fuiſſe Legum & Juris originem. † Atque ita conciliari 120.
poterunt diverſi illi Ferramentorum ruſticorum Autores. Quòd Alii ſint immediati, ut Ceres; Alii mediati, ut legatus ejus, Triptolemus; Qui viciſſim communis eſt atque univerſalis: Briges contrà & Habis, particulares. † Eâdem ratione intelli- 121.
gendum & hoc, quod auctore Laërtiô SPEUSIPPUS Athenienſis Philoſophus invenerit, quô pactô ex gracilioribus lignis capacia & in ventrem tumeſcentia vaſcula velut dolia fierent, geflochtene bauchige Körbe und dergleichen Gefäſſe. Nam autore Serviô *in 1. Georg.* Vaſa ex viminibus facta, ut Quallos, Corbes, Fiſcos & ſim. Ceres omnium prima monſtravit.

§. 10.

(5) CYNIRAS Agiropæ filius Forcipem, Marculum, Ve- 122.
ctem, Incudem invenit; ex Plinii *Lib. VII. & Lib. XXXIV.*

*XXXIV.* relatione. A quo Solinus diſcrepat; ita ſcribens, Cùm de Creta loquitur: Polidor. Vergil. *Lib. II. de rer. Invent.*
123. *cap. 20. p. m. 170.* † Ex terra autem rubra à Figulis Cucumas fieri & alia vaſcula quæ teſtarum nomine ſignificamus, primus (6) DIBUTADES invenit. Cotta, in memorabil. ex Steph. Forca. *in Necyomant. Dial. XXVII. n. 6.* (7) HIPPARCHUS nobilis Aſtrologus Nicææ, qui ſcriptis adverſus Platonem inclaruit, Mathematicorum inſtrumentorum inventor. Plin. Lib II. cap. 11. & 26. Strabo Lib XII. p. 184. Claudius Ptolomæus Aſtrologus, natione Ægyptius, inventa ab Hipparcho inſtrumenta clarius
124. demonſtravit. † (7) ICARUS Vela docuit. Fuit is Dædali filius, qui unà cum Patre è Creta fugiens, fretus alarum fiduciâ, cùm ultra Patris juſſa evolaſſet altius, ſolisque ardore cera quâ pennæ continebantur liquefacta eſſet, ita ut ab alis deflueret, decidit in mare, quod eſt inter Samum & Myconum, ab ejus nomine Icarium dictum; ut fabulantur Poetæ. vid. Ovid. *Lib. III.*
125. *Triſt.* † (8) OSIRIS Jovis filius ex Niobe, Phoronei filia, Ferramenta ruſtica, ut *ſup. n. 113.* adfuit, inveniſſe prædicatur,

§. II.

126. (6) PENTESILLA, Amazonum Regina bellatrix, ab Achille, cùm Trojanis adverſus Græcos ferret ſuppetias, occiſa, Securim, bellicum an mechanicum inſtrumentum, non definio, invenit. (10) PISEUS Tyrrhenus, Tubæ inventor, autore Pliniô
127. *Lib. VI. cap. 56.* Navi quoque roſtrum addidiſſe traditur † (11) PROMETHEUS ignem ſervare in ferula docuit, autore Pliniô *Lib. VII.* Poëtæ fingunt, Minervæ auxiliô cœlum adſcendiſſe, & adhibitâ ad roſam Solis faculâ, ignem furatum hominibus indicaſſe. (12) PYRODES Cilicis filius, primus è ſilice ex-
128. cuſſiſſe ignem dicitur apud Plin. *dict. cap. 56.* † (13) PYTHAGORAS Philoſophus Samius, patre Demaratô Negotiatore natus, Normæ celebratur inventor. Vitruvius *Lib. IX.* formam ejus

ejus valde artificioſam ponit, ac dicit, Normam cujus ratio ut longè alia ſit ac communis normæ, non modò in menſuris, ſed etiam in ædificiis utilis eſt, inventum Pythagoræ eſſe: Germ. Winckel-Eiſen/ à materia, Winckelmaß/ à ſtatu & uſu, Winckelhaken à figura. §. 12.

(14) SPEISIPPUS Doliorum refertur inventor; quod quemadmodùm exaudiendum, jammodò §. *9. m. n. 121.* adfuit. 129.
(15) TALAUS Serram, Tornum, Rotulum inveniſſe dicitur, de quo *ſup. n. 109.* (16) THEODORUS SAMIUS, Normam & Tornum atq; Clavem reperiſſe circumfertur. Enim verò Normam alii Pythagoræ vindicant; Tornum Talao, ut brevi retrò dictum, adſcribunt; ut ſola ipſi remanent Clavis. † (17) TY- 130.
PHIS adminicula gubernandi tradidit, ſumtô â milvo ave exemplô. Hæc enim avis, teſtè Pliniô *Lib. X.* videtur artem gubernandi docuiſſe caudæ flexibus: In Cœlo monſtrante Naturà, quod opus eſſet in profundo. Polyd Verg. *Lib. III. cap. 15. p. m. 264.* (18) TRIPTOLEMUS, ut *n. 120.* diximus, Aratri autor laudatur. † Ac denique (19) VULCANUS Ignem re- 131.
periſſe affirmatur; teſte Diodorô *Lib. I.* & eô beneficiô Ducem ab Ægyptiis conſtitutum. *Cui non refragatur*, quod de Prometheo ac Pyrode paulò ſuperius allatum: quia non univerſum elementi uſum, ſed certum eliciendi modum ex certis corporibus docuerunt. † Alii Ideis dactilis adſcribunt: qui fuerunt Cy- 132.
beles Sacerdotes, ad Idam Phrygiæ montem; Qui, poſtquàm in Cretam venerunt, montem, in quo conſederunt, patrii montis nomine appellarunt. Iſtud ſub finem annotare lubet, Tales Mechanicos Inſtrumentarios hodie peculiares exiſtere: Inſtrument-Macher/ de quibus infra n. 623. quantum ad Texturam. Mathematica inſtrumenta fabricant Horologiorum atq; circulorum fabri, Sed & peculiares hodie exiſtunt, atq; Saxoniæ Eleſtor Potentiſſimus Dresdæ talem peculiari ſalariô conſtitutum habet.

CAPUT

# CAP. VI.

## *Manus Tractans:*

Seu

## *Quibusnam Inſtrumenta uſui ſint.*

### CONSPECTUS.

*Artificum, Jura etiam civilia meminerunt. n. 133. cùm paſſim, tum peculiari notitiâ. 135. quod Breve dicitur. 136. atque ad alterum confertur. 138. Singuli autem cum ſuis inſtrumentis referuntur, v. g. Adjutores. 139. Ærarii. 142. Ægris qui præſtò ſunt. 144. Albini 146. Aquilices. 150. Arcarii. 152. Architecti. 155. Argentarii. 160. Arcuarii. 162. Barbaricarii. 164. Braccharii. 170. Bractearii. 171. Bucularii. 174. Calcem qui coqunt. 177. Capſarii. 178. Carbonem qui cædunt. 181. Carpentarii 184. Ciſtarii. 188. Clavicarii. 191. Cornuarii. 194. Diatretarii. 195. Eborarii. 198. Fabri. 199. Fabricarii. 200. Ferrarii 202. Figuli. 203. Foſſam qui faciunt. 206. Fullones. 207. Gladiatores. 209. Gubernatores. 211. Hocinator. 213. Lanii. 215. Lapidarii. 217. Lecticarii, Libratores, Librarii. 218. Marmorarii. 221. Medici. 222. partes Medicinæ. 224. Menſores. 228. Muſarii. 232. Naupegi. 235. Optio 238. fabricæ. 241. Particarii, Plumbarii. 242. Plumarii. 244. Pelliones, Polliones. 244. Poliones, Politores 247. Pictores. 248. Quadrigarii, Quadratarii. 250. Sagittarii 251. Scandularii. 253. Sculptores. 255. Specularii. 256. Statuarii. 259. Stratores, 260. Equorum dixeris, 261. an Viarum 263. Sylvam qui infindunt. 264. Structores. 266. Trigarii. 265. Tubarii. 268. Valliſtarii. 272. ſeu fabricent ſeu expoliant easdem. 273. Venatores. 274. Veterinarii. 277. Victimarii. 278. & deniq; Vitriarii. 281.*

§. I. Ar-

§. 2.

ARtifices atque atque Opifices, ( ſumemus enim hîc promiſcuè) viciſſim varii ſunt, atque enumerari quidem liberè poſſent: Cum Juris tamen noſtri Autoribus amamus loqui; ut hominum iſtud genus, qvod gloriæ imputat ſuæ, in libris eorum factum eſſe mentionem, ac præcipuè ſacris, **daß die Handwerge in heiliger Schrifft gegründet währen**/cognoſcat, quâm nec Jura civ. eorundem dememinerint: Noſtrates autem obſervent ſedem hujus materiæ. † Duo autem Textûs, ut ita loquar, cardinales Opificiarii ſunt, atque Artifices unâ quaſi manu collectos tenere debuerunt; Alter ex Tarrunteni Paterni libro primo Militarium decerptus, *l. 6. ff. de Jur. immun.* Alter ipſius Imperatoris Conſtantini, qui ex profeſſo Notitiam quandam eorum componi atque ad Maximum transmitti curavit, ſubditam *legi I. C. de Excuſ. artif. Lib. X. 64.* 133. 134.

§. 2.

Illam Notitiam, BREVE ſubditum vocat, quaſi dicat ſtylô modernô: **die in dem Anſchluß kürtzlich verzeichnete Künſtler.** Seu compendiariam deſcriptionem: germ. **Ein Verzeichniß / ein** Extract-**Verzeichnißes.** Cujus generis deſcriptio cataſtri tributarii, per ſingulos menſes ad aulam Imperatoriam transmittenda, Brevia vocabantur quadrimenſtria *l. 1. verſ. Hoc etiam obſervando. C. de Apoch. publ. Lib. X. 22.* & *l. 3. § 1 circa. fin. C. de Canon. largit. Tit. Lib. X. 23.* it. *l. 9. C. de Erog mil ann. XII. 38.* Ubi tertiùm occurrit. † Dicitur ibid & in genere masculino, atque numero ſingulari, ut in *l. ult. C. de Conven. Fiſc. deb. X. 2.* ac prædicatur quoque de Perſonis, ut Catalogum ſubaudias; ac ſit Matricula, ut in *l. 17. §. 1. C. de Ep. & Cler* Breve Parabolanorum: atque explicatur Breve teſtatum. *de Feudo gvard. c. un. §. 1. II. f. 2.* & *in med. pr. Qui Teſt. ſunt neceſſ. II. f. 32.* Gotofredus equidem Gallicè Brevet dici ait; Sed tunc 135. 136.

denotaret brevem ſchedulam ſuper accepto, Apocham. Ein Zeddel/oder Brieflein/ dadurch man bekennet/ etwas em-
137. pfangen zu haben. † Convenientius credo in rem præſentem allegaſſet verbum Bref vel Brief, kurtz/ quod conſonat germanico Charta; ut Un brief du Pape, Bäbſtliche Bull. Bref de Notarie, Entwurff/ Protocoll. Germanicô igitur ſtylô modernô *dictam l. 1. C. de Excuſ. artif.* redderes: Die in dem Anſchluß außgezeichnete Künſtler wollen wir verſchonet wiſſen.

§. 3.

138. Sed, quum neuter illorum textuum perfectam contineat Artificum enumerationem, neque etiam per omnia invicem reſpondeant; dum Tarruntenus militares enumerare voluit: utrumq; ad latus mutuò ponemus, ut alterum ex altero ſupplere, atq;adeò utroſque in tabula alphabetica, uti prædiximus, intueri liceat: Perfectam notitiam ſuæ ſedi ſervaturi.

| *l. 6. ff. de Jur. immun.* | *l. 1. C. de Excuſ. Artif.* |
|---|---|
| Adjutores Corniculariorum. | |
| Ærarii | Ærarii. |
| Ægris qui præſtô ſunt. | |
| Aquilices. | Albini, κουλάται. |
| Architectus. | Arcarii ſeu Lecticarii. |
| Arcuarii. | Architecti. |
| Artifices. | Argentarii. |
| | Aurifices. |
| Bucularum Structores. | Barbaricarii. |
| | Bracharii. |
| | Bractearii πεταλȣ́ργοι. |
| Calcem qui coquunt. | Carpentarii. |
| Capſarii. | Ciſiarii. |
| Carbonem qui cædunt ac torrent. | Clavicarii. |
| Carpentarii. | Cuſores. |

Cor-

*l. 6. ff. de Jur. immun.*
Cornuarii.
Cuſtodes armorum.

Fabri.
Ferrarii.
Foſſam qui fodiunt.

Gladiatores.
Gubernatores.
Hocinator.
Lanii.
Lapidarii.
Librarii Caducorum.
Librarii Depoſitorum.
Librarii docere qui poſſint.
Librarii Horreonum.
Medici.
Menſores.

Naupegi.
Optio.
Optio Fabricæ.
Plumbarii.
Polliones.
Præco.

*l. un. C. de Excus. Artif.*

Dealbatores.
Deauratores.
Diatretarii.
Eborarii.
Fabricarii.
Figuli, Κεραμεῖς.
Fullones.
Fuſores.

Lecticarii.
Libratores.

Marmorarii.
Medici.
Muſearii.

Particarii.
πέκται, Quadratarii.
Pelliones.
Pictores.
Plumbarii.

 Qua-

Sagittarii.
Scandularii.
Specularii.
Stratores.
Sylvam qui infindunt.
Tubarii.
Valetudinarii.
Valliſtrarii.
Venatores.
Veterinarii.
Victimarii.
Quadratarii vel Quadrigarii.
Sculptores.
- - ligni.
Specularii.
Statuarii.
Structores ſeu ædificatores.
Trigarii.
Vitriarii.

§. 4.

139. ADJUTORES olim officiis, levandi laboris causâ dabantur, ſi quis vel ægritudine præpeditus, vel negotiorum multitudine obrutus *rubr.& l.10.C.de Numerar.Lib. XII.50.* Solebat Prætor permittere Tutoribus etiam, conſtituere Adjutorem *l. 13. §. 1.ff. de Tut.* qui contractè dicitur Actor. *l. 24. pr. ff. de Adm. tut. §. f.I. de Cur.* Erunt igitur, qui alio nomine dicuntur Vicarii. *t. t.*
140. *C.& extr. de Off. Vicarii.* † Cùm veró & ſervorum dicerent Vicarios, de quibus v. *l. 25. ff. Comm. div. l. 19. §. 2. ff. de Nox. act. l. 5. §. 1. ff. d. Trib. act. l. 38. §. 2. circa f. ff. de Pecul. l. 73. §. f. de leg. 3.* quem ſervi ſervum, Einen Jungens-Jungen / vocat Gotofr. in *d. l. 19. mihi lit. V.* Legati potius, quàm Vicarii Magiſtratuum
141. dicuntur. *Rubr. ff. de Off. Pro C. & Leg. Rubr. x. de Off. Leg.* † Adjutores igitur Cornicalariorum, qualescunque fuerint hi, non multûm diſtabunt ab Optionibus, quos ſuô commemorabimus locô, Helffer/Geſellen; atque adeô iisdem cum ſuis Principalibus utentur inſtrumentis, quisque in ſuo ordine. Plura dicemus in Cornuariis.

§. 5. Æ-

§. 5.

ÆGRIS qui præſtò ſunt, VALETUDINARIIS jungemus; quòd non ſint nunc, qui debili ſunt corpore, ſchwacher Leibes Conſtitution, und die da ſtets kränkeln/Artifices enim intendit recenſere JCtus; vel certè qui Medicis qualecunque præbent miniſterium; quò magis eorum cura promoveatur: affinia igitur erunt eorum inſtrumenta. † Credo autem Parabolanos olim dictos, *l. 17. § 1. l. 18. C. de Ep. & Cler.* Atque vel eapropter immunitatis privilegiô dignos, non quòd Medici ſint ipſi, ut Accurſius exiſtimavit, quem refutat Alciatus *Lib. III. parerg. cap. 9.* ſed quia religione & votò ſuô ſe conjiciunt in magna pericula, propter frequentem ægrorum contactum. Addas etiam pauca quæ de iis habet Cœl. Rhodig. *Lib. XXIX. antiq. lect. cap. 11. p. m. 1626.* 142 143.

§. 6.

ÆRARII exaudiendi, quoticunque in ære operantur; Lebetarii, Grapen-Gieſer/Roht-Gieſer / ad diſcrimen Stannariorum innuendum, qvi etiam dicuntunr Weiß-Gieſer/ Monetarii- Müntzer; & qui alii in metallis fundendis occupantur: Habebuntque inſtrumenta cum iis qui metalla malleis domanda ſumſerunt, communia, Ignem & quibus alitur ille, Ligna, Carbones: † Sed Receptacula, quibus liquidum infundant, ſpeciebus producendis atque effigiandis idonea, peculiaria habebunt; atque vel aptare ſolent ipſi, vel Plaſtæ Typos, vulgò Formen dicimus, Proplaſtices, quas Plinius tamen *Lib. XXXIV. cap. 22.* latinè quoque Formas dicit. Addas Furnos ſeu caminos fuſorios, Schmeltz-Ofen / Hamas, Harpedines. Vaſa frixoria, exceptoria. Tornum denique operibus poliendis, & ſim. 144. 145.

§. 7.

ALBINI, quos Græci κονίατας (non ut in meo exemplari per errorem κουλάτας) appellant: Albarii quoque dicti, ab Al- 146.

 bario,

bario, quod ſit ex pura calce, atque illinitur tectorio, cùm paries pingendus non eſt. Diſcrimen enim eſt, quod Budæus etiam annotat, Albarium inter atque Tectorium, ut hoc ſeu marmore ſeu arenâ ſit maceratum: Unde Tectores: quorum meminerunt *l. 25. §. f. ff. ad L. Aquil.* ad quam refer Cujac. *X. O. 9.*
147. *l. 5. §. 7. ff. Commod.* † Utrique igitur Parietum erunr Incruſtatores, quos germanicè dicimus Tüncher. Proph. *Ezech. XIII. 11. 15.* vel, quod gradum ſublimiorem infert, Flachmahler und Gypßer / Wand-Pouſſirer. Vel vocabulô barbarô Struktur-Macher, Unde Albarium opus, vergypßt/Strukttur-Arbeit. Et quum Murarii dicant: ab ſe prodiiſſe, Inſtrumenta quibus illinuntur muri atque parietes, habebunt utrinque communia: Peniculos, Cochlearia, Trullas. Pinßel/Kellen/
148. & ſim. † Qui poſteà ſeorſim ponuntur Dealbotores, Cujaciô Autore ſic differunt, quod Albini parietes dealbant, Hi alia quælibet. Moderni tamen Albatores atque Tectores noſtri, in unum coierunt, ac iidem ſint Tüncher & Ziegeldekker / eandem àMurariis patiuntur controverſiam, tanquam operas illorũ proprias turbando invadant: Temperare ſibi eapropter juſſi à
149. Senatu D. *7. Julii 1676.* † Quanquàm antiquius hoc ſit, quàm ut ſeculo hodierno adſcribamus; Tertullianus *de Idol.* jam teſtatus eſt: Scit Albarius Tector, & tecta ſarcire & tectoria inducere, & ciſternam liare.

§. 8.

150. AQUILICES, Aquarum reperiendarum probandarumq; periti. ὑδροςάται, Hydrognomones, Teich- und Brunnen-Gräber: qui aquarum inventos ductûs & modos docili libratione oſtendunt: vel, qui peritiam habent, aquam librandi ad libellam, das Waſſer abzuwägen. Græcis ξυςοςάται. *l. 1. C. de*
151. *Excuſ.* † Quorum ars quia partem ſumit à Geometris, partem à Cunicularijs, cum iiſdem quoque participabunt inſtrumenta:

coete-

cœterùm Artis molitoriæ non tam pars eſt, quàm uſum iſthuc diffundit ſuum, quantum ad aquas derivandas, declinandas, diſpenſandas. conf. *Diſp. inaug.* Dn. L. Joh. Matth. Bieleri, Ducum Sax. in præſens Poſtarum Magiſtri, *de Arbore ac Palo molendinario,* von Fach-Bäumen und Sicher-Pfahlen.

§. 9.

ARCARIORUM cœteroquin non tam Artificium quàm Functio & officium publicum eſt, ut conſtat ex *Rubr. & t.t. C. de Suſceptoribus & Præpoſitis & Arcariis. Lib. X. 70.* dixeris Caſſirer. conf. *Nov. CXLVII. cap. 2.* Quin miniſterium etiam ſervile, ut conſtat ex *l. 41. §. f. ff. de Statulib.* atque eatenus neutro caſu huc quadrat. † Sed dum per Lecticarios explicat ipſe Imperator, exaudimus nos Scriniarios, Menſularios, & quos Tarruntenus Capſarios dicit, Kiſtmacher / Schreiner / Tiſchler / adeoque illorum inſtrumenta his applicamus. Non autem citra myſterium à Scrininariorum voce abſtinet uterque: Quippe cujus appellatio tunc honeſtior; eorum qui Scriniis ſacris præponebantur. *l. f. C de Caſtr. pec. XII. 37. l. 16. C. de Teſt. mil.* † Ubi Gotofredus *mihi lit. F.* ex Forcatulo refert, iis hodie comparari poſſe Secretarios & Scribas Ducum & Tribunorum: Crederem eſſe Archivarios: Regiſtratorn. Nam Scrinia in libris Codicis dicuntur capſæ & loculi, in quibus Principis acta quæ ad jus pertinent, aſſervantur: hodie das Archiv.

152.
153.
154.

§. 10.

ARCHITECTUS, à Turrentine in ſingulari nominatus, 155.
tanquàm ſolum eum qui Structorũ eſt Princeps, qui ædificiorum rationem comminiſci, außſinnen / & inſtruere angeben / didicit; ac graphicè, h. e. lineamentorum ductu & umbratili picturá eas formas deſcribere: ein Baumeiſter: intellectum velit, qui immunitatis capax ſit. † At enim, quoniam idem Fabros tignarios oportet noſſe, atque inter ſpecimina Magiſterii, ſit Ichnographia, 156.

phia, Einen Riß machen/ liceat nobis quosvis Fabros tignarios huc trahere, Zimmer-Leut/quos Gallus Charpentiers, & Cicero *Lib. de Clar. Orat.* abſolutè Tignarios vocat. Ego me Phydiam, inquiens, eſſe mallem, quàm vel optimum Tignarium. Neque hoc etiam Juri adverſum, quandoquidem Imperator in ſua *l. 1. C.* in plurali efferre nullus dubitavit. & Gajus JCtus *Lib. III. ad L. XII. tabb.* Fabros tignarios dici, non eos duntaxat qui tigna dolarent, ſed omnes qui ædificarent, teſtatur in *l. 235. §. 1. de V.S.* † Erunt igitur eorum inſtrumenta omnia, quæ ſeu ad O-
157. perandum, Regendum aut Elevandum conducunt. Operandi, puto Serram, Aſciam, Securim, Dolabram, Scalprum Terebram cum ſuis ſpeciebus ac gradibus. Regendi, puto Libellam, Lineam, Normam ſeu Regulam, Perpendiculum. Elevandi autem Cochleas atque Trochleas. † Harum quinque ſpecies, ſuas
158. habere oportet, atque inter peregrinandum afferre ſecum, Boëthos eorum: Regulam, Aſciam ſeu dolabram. Aſciam tranſverſam, pertuſoriam ac Securim complanatoriam. Secus, Magiſtro in ſingulas ſeptimanas pro uſu uniuscujusque ſuppeditati, groſſum unum de mercede licet detrahere. † Ein Zimmer-Geſell
159. muß auff ſeiner Wanderſchafft fünff Stük Wergzeug mit ſich führen: Eine Zimmer-Axt/ eine Zwerch-Axt/ eine Stich-Axt/ ein Schlicht-Peyl und Winkel-Eiſen: Oder dem Meiſter vor jedes Stück/ ſo Er ihm vorhält/ einen Groſchen inne laſſen.

## §. II.

ARGENTARIORUM nomen Negotiationis fuit: dice-
160. bantur etiam Menſarii & Numularii, quòd tabernas ac menſas in foro poſitas haberent: Enimverò, Argenti Artifices hîc exaudiendi, quorum idem nomen fuit; ab Argentario ſc. argenteæ ſupellectilis: inſtrumento quæ vox eſt in *l. 19. §. 8. ff. de Aur. & arg.*

*& arg. leg.* tanquàm ſpecie ſeu manufactura eorundem. † Germ. 161.
Gold-Schmiede. Convenient igitur certâ ratione cum Fabris, atque utentur cum iisdem inſtrumentis ejusdem generis, licèt non quantitatis: Furnô utique, malleò, limâ & ſim. Unde eſt dicterium eorum: Sie ſchmiedeten ja alle aus der Eſſe. Vulgare nomen hoc ut declinent, AURIFICES Gold-Arbeiter/ qui & ipſi nominantur ab Imperatore, audire malunt: quæ tamen certa eorum ſpecies eſt; Nec, ut quisque Argentarius eſt, confeſtim & Aurifex habetur, ſeu Aurarius.

§. 12.

ARCUARII, artificium bellicum, atque eapropter à Tur- 162.
rentino inter Immunia relatum; quòd avocatis iis ad munera civilia, Fabricæ armorum haud levis injiceretur mora. Armbruſt-Macher/Bogen-Schützen. Quibus mutatô armorum genere atque uſu, ſubſtituimus quotoscuncque in armis manualibus hodierni uſûs fabricandis occapatos: Büchſen-Schmiede- und Schäffter/Gewehr-Bohrer. Quæ majora ſunt, cœteroqui in Fabricis publicis & ab artificibus palatinis tractantur. † ARTIFICES, quare generali nomine exprimantur, 163.
non capio, atque errore quodam, pro Aurifices, quorum Conſtantinus meminit, Artifices contrà omittit, irrepſiſſe arbitror: atque viciſſim Aurifices pro Artifices, in *l. 7. C. de Pal. Sacr. larg. med.* legendum monet Gotofredus *mihi lit. F. & G.*

§. 13.

BARBARICARII *d. l. 7. in f. C. de P. S. L.* Artifices Barbaricæ 164.
veſtis: idque ſeu Texendo; quum ex auro coloratis filis exprimunt hominum formas & animalium & aliarum ſpecierum imitatam ſubtilitate veritatem. Donat. *in XI. Aen.* Hujus generis panni atque veſtimenta in aulis Imperatorum Græcorum admodùm erant uſitata, ut dicimus in Artifice Palatino: atque etiamnum in Aula Tartarico-Sinenſi, prout legere eſt apud Niehof.

165. † Seu Acupingendo: unde hiipſi dicuntur & Phrygiones, quòd Phryges acupingere primi inſtituerint; ut annotat Turnebus *Lib. V. adverſar. cap. 35. & L. IX. c. 18.* ſpeciatim Idæi. Plin. *Lib. IV. cap. 48.* Iidem Barbaricarii, caſſides & baculos aurô vel argentô tegunt. *l. 1. C. Th. de Fabric.* Ut adeò Barbarica abſolutè ornamenta ex auro; Palæmon in gloſſis notet. Cujac. *ad h. n. l. 1. C.*

166. † Hi, quum triplicem Artificum ſubeant ſpeciem, cum Textoribus, Acupictoribus, Gold-Stiffern / Seiden-Stiffern / atq; Argentariis, quantum ad Inſtrumenta concurrent. Acus Babylonia, Aſſyria, Semiramia eine Stiff-Nadel.

§. 14.

170. BRACHARII, Artificum genus, Braccarum veſtium confectores. Lamprid. Unde literam H volunt aliqui omiſſam; quum deſcendat à græco ῥάκκος, unde ῥάκος, pannus vilis, veſtis pannoſa. Æoles autem, τὸ ϱ præponunt, quum ſequitur κ. τ. aut δ. Unde βϱάκος, Æolicè veſtis lacera Gebrochen. Hi, prout ſeu Textrinam exercent, ſeu veſtes ſolùm conſuunt, cum alterutris Opificibus inſtrumenta participabunt.

171. † Sed BRACTEARII à bractea, laminæ tenuis genere dicuntur, ex quacunque tandem materia, metallo ſeu cornu; quæ, dum plicatur, crepitat; germanicè Knatter-Gold: Erunt itaque Plathner / Gold-Schläger / qui aurum malleis tuſum, ad quamvis tenuitatem ductile, rebus inaurandis inducunt: Idque Budæus *in prioribus in Pandectas adnotat*: & rectè quidem, Judice Cujació in *d l. 1. C. h. t. inf.* expoſuit. Julius Firmicus Bractores *Lib. IIX. cap. 19.* eos appellat. ἀπὸ τοῦ βϱάχειν, h. e. à reſonando

172. † Addit Imperator græcè πεταλουϱγοὺς appellari. πέταλον autem ipſa lamina eſt, ſeu bractea, à latitudine, aut folii ſimilitudine. Blech-Schläger / Cœteroquin enim Lamina craſſitudine à Bractea differt, atq; ad armaturam adhibetur. Quanquam in eand. ſpeciem concurrere, atque alter corpus, alter ornatum dare poſſint: Sicut Sera-

Serarii laminis ferreis perforatis, bracteas de orichalco Meßing ſupponunt, ut artificium oculos magis feriat, ſeine Kunſt beſ-
ſer in die Augen falle. † Quantumtamencunque inter ſe dif- 173.
ferant, atque uter eorum militiæ magis ſerviat, ad Fabros accedunt utrique, cum iisque Malleum & Incudem communem habebunt.

§. 15. 174.

BUCULARUM Structores quales ſint, inter Doctores non convenit, ne quidem de Lectione; ne dum de reipſa. Credo à Bucca, deminutivum Buculæ, partem Caſſidis ſeu Galeæ, quatenus buccas tuetur dici, das Viſier/ejusque Structores Viſier-macher / Viſier-Schmiede / qui fabricant & aptant poſtmodùm buculam caſſidi. † Neque rarum enim, ut ejusdem rei par- 175.
tes integrantes aliæ alios nanciſcantur artifices: ut in cultro, hem quantula res! concurrunt Enſicularii Klingen-Schmiede/ qui mucronem: & qui Manubrium ſeu Capulum fabricant Meſſer-Beſchaler / & Acuminatores Schleiffer/ ut *ſuô* dicemus *locô*. † Nec diverſus eſt Hadrianus Turnebus, dum *Lib. IX.* 176.
*adverſ. cap. 16.* interpretatur Qui galeas faciunt integras, Cùm nomen à parte nobiliori ſumſiſſe potuerunt, licèt totum faciant. Incidunt igitur in genus Fabrorum ferrariorum operis ſubtilioris; atque ſument furnum, malleum & incudem cum reliquis.

§. 16.

CALCEM COQUERE tantam vix credideris artem, 177.
ut vacationem à muneribus mereatur. JCtus tamen uſum quem rei militari præbet intuitus, omittere noluit Kalck-und Ziegel-Brenner. Quamquam quævis ars ſuis gradibus differat, atque Calcem vel præparare vel temperare aliter, aut ex alia materia, aut denique aliter applicare queant; Unde Gypſus, quô parietes incruſtant peregrini artiſices, qui Italos ſe jactant, ſub nomine Structur-Arbeiter. † CAPSARII, merum quondam fuit mi- 178.

 niſteri-

niſterium eorum, qui mercedis gratiâ, ſervanda in balneis depoſita veſtimenta ſuſcipiebant, Kleider-Hüter / Kleider-Verwahrer. *l. 8. §. f. ff. de Off. Præf. Vig.* ſeu, qui pueris euntibus in ſcholam, libros in capſula portant, ein groſſer Schüler / der vornehmer Leut Kinder in die Schuel führt / und ihnen den Schuel-Sack oder Karnier (Hamburgi den Books-Büdel) den Bücher-Riemen trägt. Sveton *in Nerone*: Conſtat, quosdam cum Pædagogis & capſariis unô prandiô pariter
179. necatos. vid. Cujac. *Lib. V. obſ. 8.* † Vel Si opifices intellexit, Menſularii ſeu Scriniarii fuerunt. v. Cujac. *Lib. V. obſ. 8.* † Forſan tamen reſpicit ad cuſtodes armorum, qui dum cœteri ſunt in acie, interim ſarcinas & reliqua impedimenta tuentur: quibus ipſis ex præda ſua portio debetur. *1. Sam. XXX. 24.* junct. *Num. XXXI. 26. 27. Joſ. XXII. 8.* Cur non & vacatio atque immunitas? die bey dem Troß / der Pagagie: iisdem enim expoſiti ſunt peri-
180. culis, dum hoſtis non minus his inſidiatur. † Niſi denique Capſarios, qui caſtra ſequuntur, atque ciſtas in uſum bellicum conficiunt, intelligit Stük-Zimmer-Leut / Lavetenmacher hodie: Hi, dum reverâ Artifices ſunt, & cum Arcariis, Lecticariis paria faciunt, paria adhibebunt inſtrumenta.

§. 17.

181. CARBONEM qui cædunt ac torrent, inter Artifices referri haud mereri videbuntur; ut qui meri ſint ruſtici, Holtz-Bauren: artificia autem Civitatibus ſint vindicata. Enimverò duum ſunt generum Carbones, Nativi & Factitii; Lapidei & Lignei, Foſſiles atque Coctiles. Prioris generis intelligit, dum cœdere atque torrere eos ait, Stein-Köhler / Torff- und Koh-
182. len-Gräber. † Quinimò, dum non minor uſus atque neceſſitas carbonum eſt, undecunque ſint; ac majori forſan artificiô, licèt minori periculô parentur, credo utrosque intelligi. Ut *non obſtet* domicilii ratio, quam objecerunt ſup: Sylveſtres eſſe, non

non urbicos! Cùm nec Metallarii atque Foſſores usque inhabitent civitates: & ad militiam parum interſit, unde veniant, qui tam neceſſarium advehunt præſidium. † Ad inſtrumenta quod 183.
attinet, Priores cum Metallariis, Poſteriores cum Fabris tignariis quædam communia habent.

§. 18.

CARPENTARII, quibusdam ſunt, qui ſtrata, centunculos, ſellas, clitellas Camelorum & jumentorum conficiunt, 184.
Sattler/ σαγματοποιοὶ. Nam Sagmata quidam Κανθήλια interpretantur, onera aſinorum, munimenta quæ equorum centunculis circumponuntur: Aliqui Clitellas interpretantur. Saum-Sattel/ groſſe höltzerne Sättel/ ſo man den Eſeln und Maul-Thieren aufflegt/ die Käſten deſto beſſer zu tragen. † Nec minus tamen rectè Carpentorum ſtructores ex- 185.
plicat Hotomannus; Eſt enim Carpentum carri ſeu vehiculi genus, græce ὀχεῖον. currus, ὄχημα vehiculum, ὄχετλον plauſtrum, ab ὀχέομαι vehor: Non à Carro, ſed Carmente, Evandri matre ſic dictum. Coraſ. *Lib. 3. miſcell. cap. XX. n. 19.* quô mulieres primùm apud Romanos geſtabantur, poſteà tamen bellicis uſibus adhibitum, ut ex Livio *Lib. 1. ab urbe*; & in 2. *de bello Macedonico* diſcimus: † Ut ſint, qui græcè dicuntur ἁμαξουργοί: nam ἅμαξα 186.
plauſtrum, vehiculum, carrus, currus, carrucha, carpentum & quid non ſignificat. germ. Wagner / Gall. Charron. Neutrum adeô incongruè, aut à præſenti argumento alienum; quoniam utrorumque bellicus eſt uſus, atque neceſſaria à muneribus vacatio. Forſan etiam ab uno ad alterum adſcenſus extitit, atque clitellis rotæ ſuppoſitæ, ut cui equô vehi fuerit incommodum, carpentô vehatur: quorſum alludere videtur mihi Gallicum Chaiſe, ſella doſſuaria; quò tamen genus vehiculi leve atque velox innuimus, vulgò, quaſi ſella vectilis Rollwage. † Inſtru- 187.

 men-

menta autem Securis, Terebræ, Cultri, diverſæ magnitudinis ac figuræ.

§. 19.

188. CISIARII primô intuitu cum ſuperioribus videntur iidem: Ciſium quippe vehiculi genus denotat birotum, δίτεϱχον, Svetonio Bijuga: germ. Ein Karren / Atque Ulpianus *Lib. XXXII. ad Edict.* Ciſiarium per Carrhucarium explicat. *l. 13. pr. ff. Loc.* conf. Coras. *Lib. III. miſc. c. 20.* Hoc tamen diſtant, quòd non Structores eorum ſint, ſed qui iis merentur, Kårner/Fuhr-
189. Leut: quorum meminit Ulpianus in *l. 13. pr. ff. Loc.* † Id mireris tamen, Artificibus quur imputentur, iisque bellicis. An, quod militibus advehant commeatum, forſan Negotiatores bellici, quos vulgò dicimus Marquetender. An ob celeritatem, & quod Romani celeriter iter confecturi, ciſiis uterentur; quo de videtur agere Cicero, dum *2. Philipp.* ait: Delituit in quadam cauponula, atque ſe ibi occultans, perpotavit ad veſperam. Inde Ciſiô celeriter urbem advectus, venit capite involutô. Et diſtinctius *pro Roſcio:* Decem horis nocturnis 5060000.
190. paſſuum Ciſiis pervolavit. † An denique ob providentiam, quam requirit regiminis, quòd facilè everti & damnum inferri queat: ut patet ex caſu quem Ulpianus Lib. XXXII. ad Edictum refert. *d. l. 13. pr.* Inſtrumenta eorum, Equus ſunt, carrus, ephippium, helcion. Sattel / Kummet / Winden / Radehauen & quæ alia Aurigarum armamenta.

§. 20.

191. CLAVICARII non à Tarrunteno JCto inter militares, ſed ab Imperatore ſimpliciter inter artifices immunes recenſentur; atque neſcio an ob id rectè quemcunque intelligamus, etiam Carceris cuſtodem, qui teſte Gotofredô *ad l. 8. ff. de Cuſtod. & exhib. mihi lit. C.* Græcis Clavicularius dicitur; (quanquam
192. textus à Cujacio hic adductus, Clavicarium ſonet) † Miniſterium

um credo id, non artem eſſe. Niſi Lictores etiam corporatos, atque ob id opificum more honeſtos affirmare velis: quemadmodùm eorum aliqui, poſt exhauſta ſervitii lictorii fatalia gloriantur, Annos ſe apud hunc vel illum amplioris Præfecturæ Lictorem tranſegiſſe, hab bey Hårr Melchern zu Leipzig / bey Hårr Gregern zu Altenburg geſtanden. † Quare ſimpliciter Fabrum Serarium, à clavibus & ſeris dictum, cum Cujacio hîc exaudiemus: allatô gallicô vocabulô le Serrearier, Schloßmacher / Schlöſſer / confirmante: Nec Baſilici κλειδοῦχος claviger, ſed καρδαρέριος habent. Teſte eodem. Inſtrumenta E. cum Fabris habebit. † CORNUARII qui cornua in diverſas transformant ſpecies, v. g. Laternen / Kämme / Pflaſchen / Pulverhörner / Hefſte oder Stiele / Zinken / & ſim. Dabimus his Tornum, Liman, Scalprum & ſimilia inſtrumenta. 193. 194.

§. 21.

DIATRETARII, quaſi Pertuſores, à græco διατρητῶ, terebro, torno, perforo, pertundo: Unde διάτρησις foramen. τρητὸς teſſelatus, foraminibus diſtinctus, affabrè elaboratus. Erunt igitur generatim Tornatores cujusvis materiæ, Holtz- und Knochen-Dreher: & ſi materialiter, nudum perforandi actum accipias, Eſſedarii ſeu Carpentarii, qui rotas faciunt, Rätker / modiolum, die Nabe pertundunt, mit dem groſſen Nabenbohrer. † Speciatim verò qui margaritas, Berlen-Bohrer. οἱ τετρῶντες τοὺς μαργαρίτας, conf. Turneb. *Lib. XXVII. adverſar cap. 31.* Sed & gemmas: Quemadmodùm Calicem, dubio procul gemneum perforandum accepiſſe ſed fregiſſe, Ulpiano Lib. XIIX. ad Edict. dicitur quiſpiam in *l. 27. §. 29. ff. ad L. Aquil.* † Hujus generis calicem ſeu vaſculum ex Onyche diatretum, ex antiquiſſima retrò gentilitate ſeu ethniciſmo, poſſidet Seren. Dn. Dux Ferdinandus Albertus, Dux Br. & Lun. Cujus myſteria evoluta nobis dedit Joh. Henr. Eggelingius, Secretarius Reip. Bremen- 195. 196. 197.

ſis.

ſis. Inſtrumenta cum Cornuariis & cœteris Tornatoribus
198. habebunt communia; niſi quod graciliora. † EBORARII, In ebore qui operantur ἐλεφαντουργοὶ: Nam ἐλεφάντινος eſt eburneus. ἐλεφαντόκωπον manubrium eburneum & ἐλεφαντόποδας τραπέζας Athenæus *Lib. II.* dixit menſas pedibus eburneis. Eruntque adeò de genere Menſularionem, nec non Tornatorum: iisdemque quanquam tenuioribus utentur inſtrumentis, **dörffen keine grobe Spåne machen:** ne plus ſit in ſegmentis quàm in corpore: Sicut eſt in proverbio, **die gröſten Himpler machen die meiſten Spåhne.**

§. 22.

199. FABRI dicuntur, manu artificium aliquod facientes: eſtque generale nomen, ſic, ut ex adjectione dignoſci oporteat, Ærarius an Argentarius, Ferrarius an Lignarius an denique Vaſcularius ſit. Lignarios præcipuè hîc intelligi, exinde puto, quum Ferrarii à Tarrunteno ſeorſim, atque inſuper Fabricarii ab Imperatore ponantur. Hi ſua accipient inſtrumenta inter Archi-
200. tectos. † FABRICARII generatim dici queunt quicunque Architecturæ dicati, ab arte Fabrica, (quæ abſolutè etiam Fabrica dicitur, *l. 26. §. f. ff. Mand.* ut Grammatica, Logica &c.) atq; à Vitruvio deſcribitur, quòd ſit continuata ac trita uſûs meditatio, quæ manibus perficitur. Speciatim tamen pro Armo-
201. rum factione accipitur. † Nam Fabrica locus eſt, in quo arma conficiuntur, græci ὁπλοποιίαι armificatoria publica, *Nov. LXXXV. cap. I.* ubi Gotofredus *mihi lit. F.* gallicum Arcenauls, ſeu Arſenauls, ut Idem in *l. 6. ff. de Jur. immun. mihi lit. U.* ſupponit. Erunt igitur Fabricenſes **Waffen-Schmiede/ Stük-Gieſer**/ qui in publicis fabricis arma fabricant: Quare ſi quæ metallorum ſeu Fuſores ſeu CUSORES, eadem & illi adhibebunt
202. inſtrumenta. † FERRARII denique ſtrictè ſignant, qui in legionibus habebantur Fabricæ ferrariæ causâ, germ. **Fahn-Schmidt/**

Schmidt/ generatim tamen Fabros ferrarios quoſcunque,& in quotas etiam abeunt familias, huc congregabimus omnes: dum juxta dicterium ipſorummet Furnô utuntur omnes, ſchmieden alle aus der Eſſe. Horum inſtrumenta recenſentur Carbones Follis, Forceps, Furnus, Ignis, Incus, Malleus, Marculus, Vectis &c. de quibus alibi.

§. 23.

FIGULI qui ſint, non longê quærendum videbatur; ut qui *ſeu à* Figendo dicuntur, quia Figo eſt planto, immitto, affigo, adhærere facio, πήγνυμι, ἐρείδω: *ſeu à* Fingendo, unde & Fictores appellantur. Imperator tamen ut minus ſit dubii, græcam appellationem Κεραμεῖς adjecit. † Nam & Κοροπλάθοι dantur, puparum & hujusmodi imagunculorum quorumcunque animalium fictores. Töpffern Spiel-Zeug/ quorum opera ludicra, ut Reip. minus neceſſaria, nullo Reip. damnô per munera interrumpitur publica; Ut excuſationem haud mereantur: At ſolos illos Reſpublica immunitate remuneratur, qui utilibus vaſis neceſſitatem civium ſublevant. † Planè ut Poœtæ nullâ immunitatis prærogativâ juvantur· *l. 3. C. de Profeſſ. Lib. X. 52.* Atque adeò & Plaſtes excluſos crederem, qui Sigilla & alia ſimulachra ex creta & argilla fingunt; non quidem ab arte, ſed tamen ab immunitate. Inſtrumenta eorum ſunt Fornax ſeu Caminus Figulinus, ein Töpffers-Ofen / Brenn-Ofen. Rota, aut ſi cum Foſſoribus quædam circa eruendam argillam habent communia.

203.

204.

205.

§. 24.

206. FOSSAM QUI FACIUNT, annon verò Mercenarii ſunt: quid ergo inter Artifices? Tarruntenus ſanè militaribus accenſet. Non igitur qui vulgare aquæ receptaculum *l. un. pr. & §. 5. ff. Ut in Fl. publ. l. un. §. f. ff. de Rip. mun.* agrorum ſiccandorum causâ factum, *l. 1. §. 4. ff. de aqv. plur.* quàmvis & ho-

horum haud vulgarem prædicat ſcientiam Mart. Schook *Belg. fœd. Lib. IIX. cap. 11. p. 240.* Sed qui Foſſam faciunt, ſeu vallum circa caſtra, Gallis Trenchees, intelligendi erunt. conf. *l. 3. §. 3. ff. de Re mil.* nec non Veget. *Lib. IV. cap. 16.* Hadr. Turneb. *L. III. adverſ. 13.* Gotofredus *in l. 18. verb. Sedetis. C. de Ep. aud.* Iisdemque inſtrumentis cum Foſſoribus aliis, Palà, Bidente & Bipaliò u-
207. tentur. † FULLONES, qui veſtimenta purganda ſeu lavanda, *l. 2. ff. de Condict. ſine cauſ.* polienda. *l. 13. §. 6. ff. Locat. l. 12. pr. l. 4. §. 4. & l. 82. pr. ff. de Furt.* vel curanda accipiunt. *§. 15. I. de obl. quæ ex del.* Græcè dicitur talis Κναφεὺς, à γνάπτω vel Κναφεύω, rado, carmino. Unde græciſſantes putant, germanicam vocem Knapp / ein Tuch-Knapp / deſcendere : quam derivationem
208. Boëthô *cap. I pag. 30. ſeqq.* notamus: † Germanicè nos Walker & Tuchſcherer reddimus : adeoque Inſtrumenta eorum partim ad moletrinam referimus, partim peculiaria conſtituimus, Cretam, Gotofr. *in l. 2. mihi lit. M. ff. de Condict. ſine cauſ.* Carduum, Κνάφον, Forficem, Urinam virilem &c.

§. 25.

209. GLADIATORES, Tarrunteni JCti ætate forſan Laniſtæ atque Inſtitores Gladiatorum fuerunt : Quia tamen Conſtantinus Imperator in *l. un. C. de Glad. pen. toll. XI. 43.* ſuſtulit, crederes, modernos Gladiatores circumforaneos intelligi, Klopp-Fechter. Enim verò, Artifices Reipubl. ſalutares atque adeò im-
210. munitatem merentes exaudit. † Quare ut voculam Juſtiniani temporibus conformiter reddamꝰ, cum Budæo, quem Gotofred. *ad l. 6 ff. de jur. immun. mihi lit. I.* laudat, pro gladiorum artificibꝰ, Schwerdfeger / Meſſer-Schmiede / Plötzenmacher / accipiemus. Græcus dicit μαχαιροποιὸς. Quorum inſtrumenta cum Fabris ſunt communia : Furnus, Cochlea, Malleus, Lima, &c.
211. † GUBERNATORES generatim intelligas, quarumcunque Officinarum directores, qui eatenus Adjutoribus ſeu Optionibus con-

contradiſtingvuntur, ut ex vulgari ſermone: Meiſter und Geſellen/ colligis. Forſan tamen ſpeciatim Gubernatores navium putat, Navarchos; quos aliqui vocant Schiff-Patron/ ſed in Belgio & civitatibus maritimis ſimpliciter Schipper. v. Mart. Schook, *Belg. Fœd. Lib. IIX. cap. 4. p. 223.* † Prout igitur 212.
acceperis, ita erunt & Inſtrumenta; eruntque quæquæ ſuis jam locis enumerata: Sin Nautica intelligas, adhuc occurrent in Naupegis.

§. 26.

HOCINATOREM Haloander Buccinatorem legit, à 213.
Buccina & Bucca: atque adeò ſeu ab inflando, & erunt Tubicines, Tubarii, Cornicines, & quicunque Tibias inflant, Blaſtaſten/ Trompeter/ Zinkenbläſer/ Sackpfeiffer/ Schalmeyer/ & ſim. Nam & horum in bello eximius eſt uſus, ad inflammandos militesque equosque; quin & ad greſſûs eorum dirigendos. † Seu 214.
à præparando atque elaborando duxeris, & erunt iidem fermè cum Cornuariis, de quibus *ſup.* aut Ærariis; eademq; tractabunt inſtrumenta.

§. 27.

LANII, Laniones etiam & Macellarii dicti, quòd lanient 215.
ac diſcindant pecora, inque macello publico divendant. Quanquam ſint, qui Lanios victimarios in ſpecie exaudiant; ut ſint tanquam Sacerdotes caſtrenſes, more gentili: ſic, ut Victimarii ſit adjectivum. Atenim, medios Venatores, non absque myſterio Tarruntenus locavit, ut diſcrimen oſtendat. † Sunto itaque 216.
hîc Lanii Metzger/ Fleiſcher/ Knochenhauer. Et cùm de Lanionis inſtrumento quæritur, ſemotâ carne, Menſas, Pondera, Ferramentaque laniandæ carnis cauſâ comparata, item Trutinas, Cultros, Dolabras inſtrumento relinquimus. Verba ſunt Pauli JCti Lib. II. ad Vitellium, relata in *l. 18. pr. ff. de Inſtr. leg.* Sed & neceſſarium Lanio inſtrumentum CANIS eſt, ad agenda

da pecora, ſeu minora, ſeu majora: quæ dum peregrè ad urbem deducunt ſæpe ſoli, niſi cane fidô Achate ſtipati nequeunt: de
217. quib. *infrà cap. VII. §. 6.* † LAPIDARII erunt, quoticunque in lapide effodiendo, cædendo, poliendo atq; ſtruendo ſunt occupati, v. *l. 5. §. 7. in f. ff. Commod.* Murarii, Quadratarii, λιθοθῆκται, Statuarii, ἀνδριαντοπλάσται, Signarii: Stein-Brecher / Maurer / Stein-Metzen / Bildhauer / Siegel-Gräber. Inſtrumenta eorum Machina, das Gerüſte. *l. 5. § 7. in m. ff. Commod.* das Brech Eiſen / Cochlear ſeu Hauſtorium, die Kelle / malleus: quæ duo Boëthos Murariorum oportet habere ſua, atque peregrinantes adferre ſecum. Scalprum, & pro diverſitate profeſſionis alia.

§. 28.

218. LECTICARII adfuerunt in Arcariis. LIBRATORES inter aquilices: LIBRARII generatim qui libros ſeu compingunt, Buchbinder / quorum inſtrumenta ſunt cochleæ, malleus complanatorius, gluten, acus ac fila: ſeu componunt tanquam Autores ſuæ inventionis: Seu cœteroquin conficiunt, geſta conſcribendo, Rationes an aliud quid. Apud Romanos in caſtris Librarii fuerunt, qui rationes ad milites pertinentes in libros referebant Buchhalter beym Kriegs Zahlambt. Veget *de Re mil. Lib. II. cap. 7.* quod tamen & inſtrumenti nomen eſt, quo libros ex-
219. plicatos retinemus. † Hinc Librarii CADUCORUM vel Caducariorum, qui rationes conſcribebant eorum, quæ morte militum in legionem cadunt conf. *l. 4 §. 17 ff. de Fideic. lib. l. 2. C. de Hered. Decur.* DEPOSITORUM, qui præſcribebant, quid quisque apud ſigna depoſuiſſet. Cujus inſtituti morem & rationem docet
220. Vegetius *Lib. II. cap. 20.* † HORREORUM credo Magazin-Schreiber. Erant enim Horrea, Conditoria frumenti, Vini vel Penûs: unde Horreum Frumentarium *l. 60. ff. de A. R. D.* Vinarium. *l. 12. §. 39. l. 7. ff. de Fund. Inſtr. leg.* Penuarium. *l. 3. ff.*

*de*

*de Penn. leg.* & Horrearius, qui iisdem Præpoſitus, Magazin-Verwalter. Inſtrumenta eorum & aliorum ſcribarum: Calamus, Stylus, Pugillares, Atramentum, Tabulæ, Charta, Scalprum librarium. Feder-Meſſer/ & his qui vitioſè ſcribunt, Radier-Meſſerlein. † MARMORARII qui *ſeu* marmorum in cruſtas 221.
ſecandorum artem tenent (Schneiden) *vel* Sculptores marmorum (Bilden) exiſtunt, Lapidariis accenſendi, quorum utentur inſtrumentis; quanqam tenuioribus: damus inſuper Serram Fabrorum, ſed Stein-Säge & ſcalprum exciſorium.

§. 29.

MEDICI à medendo dicti, ampliſſimô nomine continent, 222.
quicunque ſeu medicamenta conficiunt, ut ſunt PHARMACOPÆI: Apotheker/ ſeu alicujus partis corporis, vel certi doloris ſanitatem pollicentur; utputa ſi Auricularius, ſi fiſtulæ aut dentium; ut habet Ulpianus in *l. 1. §. 3. ff. de Extraord. cogn.*
† Poſſumus igitur huc referre qui vulnera curant, CHIRUR- 223.
GOS Balbirer / Wund-Aertzte / Oculiſten / Stein- und Bruch-Schneider / Zahn-Brecher / vel, ut honeſtiori gaudent audire vocabulô Zahn-Zieher / vel qui miniſterum præbent, cucurbitas admovendo, lavando, Bader / Bademeiſter / & denique qui Caſtrant ac circumcidunt, apud Turcas videl. & Judæos v. *l. 4. §. f. ff. ad L. Corn. de ſicar.* Gotofr. *in l. 18. §. 10. mihi lit. R. ff. de Inſtrum. leg.* † Nim. Cornelius Celſus in præ- 224.
fato Lib. I. tres facit Medicinæ partes; Unam, quæ victu, Alteram, quæ medicamentis, Tertiam quæ manu medeatur. Primam διαιτητικὴν, Secundam φαρμακευτικὴν & Tertiam χειρουργικὴν
Græci nominarunt. † Collyria & Emplaſtra, in inſtrumento Me- 225.
dici eſſe, Caſſius ſcribit in *l. 18. §. 10 ff. de Inſtr. leg.* Et cœtera ejus generis. Hæc Gotofredus *ibi mihi lit. T.* explicat Ferramenta & apparatum omnem ad conficienda medicamenta. Nim. pro diverſitate operantium in hac arte, diverſa quoque

226. ſunt inſtrumenta: † PHARMACEUTICA: Fornaces Brenn- und Deſtillir-Oefen/ dicunt Balnea, cum ſuis Calvaribus Benn-Zeug/ und Brenn-Helm/ Recipienten/ Retorten / Mortaria, & omnis generis vaſa: & quæ his mediantibus fiunt, Collyria. *d. l. 18. §. 10.* Theriacæ *l. 12. §. 41. de Inſtr. leg.* Ungventa *l. 21. §. 1.*
227. *de aur. & arg. l. 25. § f. eod.* CHIRURGICA, eaque pariter ſeu propinqua & Immediata, Cultelli, Peniculus, Scalpellum, Cucurbitulæ: vel mediata, ut Emplaſtra *d. l. 18. §. 10. de Inſtr. leg.* Cataplaſmata, Nitellæ oris Zahn-Pulver/ Haar-Puder.

§. 30.

228. MENSORES itidem integrum genus notant. Nam quàmvis commune omnium Objectum ſit Quantitas; tamen verſantur modò circa fundos, eorumque ſpacia & mutuam diſtantiam, ac dicuntur Geometræ, Agrimenſores; & cauſarum ſeu CIVILIUM, Feld-Meſſer/ Stein-Setzer / Mark-Scheider; quorum Inſtrumenta præter communia, ſunt Lapides terminales, horumque teſtes, Teſtæ ovorum, Carbones; ob ſuam ſc. durationem: qua de conf. Cœl. Rhodig. *Lib. X. lect. an-*
229. *tiq. cap. 10. circa fin. & ſim.* † Seu MILITARIUM: quibus expediundis admoventur Metatores, & barbariſmô Gallicô ſic dicti Ingeniarii, qui caſtris ad podiſmum demetiuntur loca, in quibus milites tentoria figunt, ein Lager abſtechen: circumvallationes atque munitiones locorum conſtruunt. conf. Veget. *Lib. II. rer. mil. cap. 7.* Hadr. Turneb. *Lib. XXIV. adverſar. cap. 16.* Inſtrumenta utrorumque ſunt Decempeda, Pertica, Linea, Libella,
230. Circinus &c. † Modò circa mobilia, ſeu ARIDA, eorumque aut molem ac PONDO: ac dicuntur Libratores, Wäger / Wagemeiſter; quorum Inſtrumentum ſunt Libra diverſæ figuræ & quantitatis, cum decentibus ponderibus Wag und Gewichte. Aut MENSURAM, v. g. Frumenti. Kornmeſſer. v. *l. 10. §. 1. ff.*
231. *de Vac. & exc.* His Modios omnis generis damus. † Seu denique

nique LIQUIDA, vaſis ac doliis comprehenſa, ut ſunt Wein-Stichler/ Viſirer/ Ohmer: qui dolia ab extra metiuntur lineâ diſtantiis ſignatâ, Meß-Schnur/ Viſier-Stab: ab intra v. utuntur amphorâ cum ſuis hauſtoriis, den Ohm, Keſſel und Schufen.

§. 31.

MUSARII qui ſint, notam ſignificationem Cujacius in *l. 1. C. de Excuſ. art.* ſcribit; quæ tamen ea, non addit, niſi græcam ſignificationem: μυσωται, qui μύσωνες & Muſivarii: procul dubio ex Baſilicis, ut proteſtatur alibi; equidem, quò ſimus tantò certiores ſignificationis illius ævi: At non quadrant vocabula ad lingvæ puritatem ſeculi anterioris: quô μυσῶται Cocis Præfecti. † An igitur Calones & Lixæ Artificum titulô & juribus gaudebunt? Non tamen Tarruntenus, ſed Imperator enumerat. Eſt inſuper inconſtans lectio, dum pro Muſariis Muſivarios Haloander reſtituit, à Muſivo, quod nos hodie, ut Egnatius *in Feſcennium* annotavit, Muſaicum appellamus; quod & Cujacium, ante quàm Veteres inſpexiſſet, Petrus Pitheus, vir eruditiſſimus docuerit, apud Firmicum *Lib. II. cap. 4. in fin.* ex veteribus legendum: Aut Inaurarores aut Muſivarios. † Cujus ergò generis Artifices, hujus utentur & inſtrumentis. Ut notabimus *paulò pòſt* in Plumariis: & *aliquando* in Artificibus Palatinis.

232.
233.
234.

§. 32.

NAUPEGI Schiff-Bauer/Schiffs-Zimmerleut/ Equidem Navicularios etiam intelligi, Gotofredus *ad l. 1. in fine pr. ff. quod cuj. Univ. nom. mihi lit. L.* annotat: qui ipſi quoque in *l. p. § fin. ff. d. l. immun.* exprimuntur, quibus nec invidemus beneficium; Alios tamen eſſe opinamur, qui ſeu miniſtrant in navi, Boots-Volck/ ſeu qui naviculariam exercent, Rheders. † Illorum Inſtrumenta cum Fabris lignariis coincidunt. Horum verò ipſius Navis armamenta ſunt, ut in *l 3. §. 1. ff. de R. V.*

235.
236.

vocan-

vocantur: Inſigniora quidem Anchora, Remi, Rudentes, Vela: minora autem Bolis, Contus, Harpago, Haſtæ, Hauſtrum.
237. † Scapham das Boot/ non videri navis eſſe, Alfenus reſpondit, ſed ipſam per ſe parvam naviculam, *l. 44. ff. de Evict.* Utcunque Paulo JCto ſecus viſum. Etenim mediocritate, non genere ab ea differt, ut rectius Labeo ſenſit. Lib. I. πιθανῶν. Inſtrumentum autem cujusque rei neceſſe eſt alterius generis eſſe, atque ea quæque ſit. Quod Pomponio Lib. VII. Epiſtolarum placuit. *l. f. ff. de Inſtr. leg.* conf. *ſup. cap. IV. n. 82. & infrà cap. IIX. §. 71.*

§. 33.

238. OPTIO quandoque facultatem ejusque exercitium, ut reliqua verbalia in IO denotat; ut in § *23. I. de Leg.* atque eatenus huc non pertinet. Aliquando Perſonam certæ conditionis atque functionis. Ac generatim quidem cujusvis muneris adminiſter, ab Optando ſeu eligendo ſic dicitur; Vicarius, Subſtitutus, Adjutor ejus qui ægritudine vel abſentiâ ſeniôve impeditur.
239. † Speciatim in Militia, quem Centurio ſibi rerum privatarum optat miniſtrum, vel certè Adjutorem, quó facilius publica ſeu militaria reliqua obire valeat munia, vulgò Ein Leutnant. Cujacius *in l. 3. C. de Apocb. publ. L. X. 22.* & Gotofredus in *l. 1. C. de Jur. Fiſc. L. X. 1. mihi lit. G.* Optionem dicunt Erogatorem annonæ militaris, quod munus ferè moderni Corporales expediunt, vid. Georg. Andr. Bœkler *in Schol. mil. modern. p. m. 66. n. 9.*
241. † Inter Artifices autem, quos dixeris Pro-Magiſtros, v. g. apud Fabros tignorum & lapidum, Palirer. Conſt. Erneſti Elect. & Alberti Ducum Sax. de 1482. ☽ poſt quaſimod. §. den Bergkleuten mag man einen Palierer: Apud Sutores Bret-Meiſter: apud Sartores Taffel-Schneider/ Proviſores Pharmacopaeorum, Factores Typographorum & ita porrô. Quorum eadem quæ & Magiſtrorum ſunt inſtrumenta.

OB-

† OPTIO FABRICÆ, quàm rectè Cuſtos carceris Auguſtino, *in hiſtoriam Apoſtol. Act. XVI. 27. ſeqq.* dicatur, non diſputabo: nec facilè enim Centurio à ſua turma ad miniſterium hoc avocabitur: Atque Gotofredus eund. Adjutorem Præfecti ait. Tarrunteni tamen ſcopo propinquius dicitur, qui Fabricæ legionum ſcutariæ vel loricariæ cuſtos præeſt; Nam & Fabricenſes dicuntur, qui Fabricæ Imperatoriæ accenſentur. Liceat nobis dicere **den Fahn-Schmidt.** Cujus inſtrumenta cum cœteris Fabrorum erunt communia. 241.

§. 34.

PARTICARII qui ſint, incertum; neque vocem eam ſeu Cujacius explicatione dignam, ſeu Gotofredus authenticam agnoſcit. PLUMBARII ſunt Artifices qui ex plumbo opera factitant, **Zinn-Güſer**/Stannum enim plumbum album; ad differentiam ærariorum **Roth-Güſer.** Sic Plumbare, eſt materias diviſas plumbô jungere *l. 27. §. pr. ff. de A. R. D.* **Löten:** quia Belga plumbum dicit **Loth.** † Inſtrumenta erunt Caminus, Proplaſtice ſeu Forma, & quæ alia Ærariorum recenſuimus *n. 13.* Inſtrumenta. Enimverò, fruſtrà ſolliciti ſumus, quando Teſte Cujaciô Græci ac veteres libri, non hos ſed † PLUMARIOS habent, qui veſtimenta ex plumis avium conficiant; quô genere priſtina luxuria ſit delectata: vel qui acu pingentes animalium exprimant hominumque figuras; quos & Phrygiones dictos fuiſſe, *ſup.* §. *13. n. 165.* adfuit: quod ergò ad inſtrumenta, coincident. 242. 243. 244.

§. 35.

PELLIONES lectione Haloandrinâ forſan qui pelles, ſubquibus milites hyeme degunt conficiunt, **Zelt-macher**/non vulgares illi **Körſchner.** vid. Gotofr. *in l. 7. pr. mihi lit. X. ff. de ſupell. leg.* Sed enim & illos Gotofredus *in l. 1. C. de Excuſ. artif.* expungit, in eorumque locum POLLIONES ſubſtituit; provo- 245.

246. cans ad *l. f. ff. de Jur. immun.* † Forſan à Polline, quæ eſt farina præſtantiſſima, Krafft-Mehl/ à pollendo: ut ſint Molitores non vulgares, ſed Triticearii, Wäitzen-Müller/ Schön-Müller/ vel et. Mehl-Beutler / qui domi pro gradibus diverſis ſe-
247. cernant; ut in civitatibus maritimis. † Enim verò, in eodem textu Idem aliorum lectiones, Hugonis à Porta, POLIONES, & Hadr. Turnebi *Lib. IX. adverſ. cap. 16* POLITORES ſubſtituentium annotat; ut ſint qui arma, gladios, galeas poliunt, Schwerd-Feger/ Zeug-Wärter. Si *Primi* ſint, Muria, Cupæ, Scalprum Baitze/ Kufen/ Schab-Meſſer/ ſi *Secundi*, Catillus, Aſini, Modius, Mactræ, Cribra, Pollinarium: Sin *Tertii*, ea quæ Gladiatorum ſuprà fuerunt, erunt Inſtrumenta.

§. 36.

248. PICTORES qui ſint, non eſt ut longè accerſamus: Sunt autem & honorum titulis & beneficiis aliis ab Imperatoribus mactati. Profeſſorum ſanè nomen, quod hodie non ignobile eſt, Theodoſius & Valentinianus Imperatores, in *l. 8. C. de Metat. Lib. XII. 41.* tribuunt: ubi hoſpitali moleſtiâ Einquartierung/ liberari præcipiunt. Dominium qualecunque ipsâ arte, ex beneficio Juſtiniani Imp. *in §. 34. I. de R. D.* acquirunt. Per
249. *d. l. un. C. de Excuſ. artif.* vacationem à muneribus habent. † Plura *ſuó* videbimus *locô.* Inſtrumenta eorum ſunt cauteria, Ceræ, Colores, Conchæ, Peniculi. *l. 17. pr. ff. de Inſtr. leg.*

§. 37.

250. QUADRIGARII vel QUADRATARII: Atenim longè invicem diverſi: Illi quidem, qui quadrigas ſeu faciunt, ſeu agere norunt in Ludis Circenſibus. *τετρωπηλάται* dicti. Hi veró Lapicidæ Latomi, qui marmora ad amuſſim quadrant, Marmorarii: & ſi juxta Imperatorem *πηκτὰς* exaudiamus, tertium inſuper, quanquam incertum evadet genus: quorum in locum ex libro *βασιλικῶν* Cujacius hîc repoſuit *λιθοθήκτας*, quorum

ars

ars ſit Lapides expolire, Habebuntque amuſſim & cœtera inſtrumenta cum Lapidariis. † SAGITTARII ſunt, & qui ſagittas fa- 251.
bricant, & qui adverſus hoſtem ejaculantur. *rubr. x. de Sagitt.* Nos tamen in ſenſu priori accipiemus, quod Tarruntenus non militum, ſed arificum militiæ famulantium immunitatem tractare voluerit. Atque eod. ſenſu *ſup.* dicebantur Arcuarii, qui
arcûs cuderent. Utrique forſan ſenſui facimus ſatis, ſi hodier- 252.
nô vocabulô dicimus Conſtabler. Dabimus illis Tornum; Sagittæ corpus ex ligno, cuſpis ex chalibe eſt; partem igitur inſtrumentorum capiet cum Tornatoribus, partem cum Fabris.

§. 38.

SCANDULARII quare Artificibus accenſeantur: ac lon- 253.
gè magis, quare vacationem acceperint, miretur quisque; conſpectô, quod Ruſtici noſtri ſylveſtres die Holtz-Bauren / citra ſpatioſa tyrocinca illas findere noverint. Das Schindelmachen. Deſinet tamen, totos CCCCLXX. annos, ad bellum uſpue Pyrrhi, ſcandulis Romani ante inventas tegulas uſam fuiſſe legens, apud Plinium *Lib. XVI. cap. 10.* † Bellicoſa inſuper 254.
erat Reſpublica, milites ſuos in hybernis & ſub pellibus eſſe gaudens, quorum tumultuariæ atque feſtinatæ extructioni haut parum conferebant ſcandulæ. Inſtrumenta eorum Serra ſunt & ſecuris, quibus ligna cœteroquin fiſſilia findunt, ac denique
ſtrias efficiunt. † SCULPTORES binâ vice nominantur, unà 255.
ſimpliciter, alterâ cum appoſitô Ligni, græcè γλύπται à γλύφω quod eſt ſcalpo, rado, polio; ſpeciatim lignum: & marmorum enim ſculptura eſt: qui ſigna faciunt, Cœlatores. Incidunt ergò in Capſarios, Lecticarios, Menſularios, eademque uſurpant inſtrumenta.

§. 39.

SPECULARII generatim, omnis generis Artifices viſum 256.
adjuvantes, lumen ſubminiſtrantes; ſpeciatim, verò ſpecularium

artifices, κατοπτρεργοποιοὶ Spiegel-und Brillen-Macher: à ſpecu-
laribus, feneſtræ genere, ex lapide ſpeculari, Frauen Eiß/
confici ſolito. Pro quo hodie vitreis utimur ſeu tabulis ſeu or-
bibus. Quare, pro Collegio complendo, accenſeri poſſent Vi-
triarii Glaß-Brenner/ Feneſtrarii Glaſer / Fenſtermacher.
257. † In utroque textu non fruſtrà poſitos reperimus, quòd in u-
troque Reip. ſtatu, belli atque pacis, inſignem præbeant uſum:
dantur enim polemoſcopia Kriegs-Perſpectiv / wordurch
man von dem Wall/ohne allen Schaden/den Feind in dem
Graben arbeiten ſiehet: & quasi integrô publicavit catalogô Jo-
hann Frantz Griendl. von Ach/auf Wankhauſen Mathemati-
cus und Opticus in Nürnberg/von opitiſchen raritäten. Cujus
258. fragmentum Lectori benevolo exhibemus ad finem capitis: †
Quoniam autem corpora ſeu ſpecies ex diverſis componuntur
materiis, ligno, laminibus, filis ferreis; patet, Inſtrumenta quoque
cum pluribus habere communia; Rotulos autem vitris poliendis
259. peculiares. Zum Glaßſcheiffen. † STATUARII Genus ſunt,
Marmorarii, Sculptores, ſpecies; differunr objectô ſeu materiâ
ex qua operantur, lapide & ligno: Signarii ab utrisque, Quan-
titate ſpecienum ſeu manufacturarum: unde opera ſigillaria
Tokken-Bilder: Inſtrumenta autem pro materia in qua occu-
pantur, & quantitate ſpecierum idonea, cum vicinis artificibus
habebunt communia; ut ex ſuperius dictis colligere eſt.

§. 40.

260. STRATORES qui intelligantur, dubium oriri exinde pot-
eſt, quòd dicantur Viarum ſtratores, Pflaſterer / Steinbrük-
ker/quorum vix eſt, ut Artificiis accenſeatur expeditio: Niſi
quod Murarii alicubi hoc ſumunt ſibi, tanquam partem aut per-
tinens artis. Dantur equidem & Stratores laguncularum, quos
Lutherus *Jerem. IIL. 12.* germanicè reddit Schröter/ tanquam
261. doliorum ordinatores. Kellermeiſter. † Diximus tamen,

Tar-

Tarruntenum Artifices militares enumerate voluiſſe. An E Stratores equorum ſunt, ( nihil enim adjecit ipſe, ut adeò per conjecturas incedere oporteat ) Quorum officium eſt, ſternere equos, Domino adducere, ad faciliorem conſcenſum ſtatuere, adſcendentemque ſublevate, Das Pferd zum Vortheil rükken oder führen: dixeris germ. Einen Sattel-Knecht. quorum in Aula Perſarum Regis peculiaris Schola, cujus caput Tzelaudar ibaſchi, das Haupt über die/ ſo dem Könige die Pferde vorführen/ und zum Auffſitzen halten müſſen. Olear. *Itin. Pers. Lib. 5. cap. XXXVII. p. 673.* † Et quum eâ oc- 262.
caſione animalis hujus nanciſcuntur peritiam, ſolebant Romani eos adhibere ad equos à Provincialibus ſubmiſſos probandos. Ex his poſtmodùm erecta Schola, è qua plures mittebantur in Provincias juſſu Principis, ut ibi equos militares, Reit- und Zug- oder artiglerie-Pferde/ quos Provinciales, die in denen conqueſtirten Landen/conferre tenebentur, probarent. Pro qua proba ſolidum unum poſcere, nec ulterius graves illis eſſe permittebantur. *l. 11. C. de Strator. Lib. XII. 25.*

§. 41.

Enim verò, ſic genus Mangonum forent, wehren halbe 263.
Roß-Kamm mit geweſen. At Tarruntenus Artifices conquiſivit. Ob rationem igitur ſtatûs bellici, quem intendebant Romani, exaudiemus Milites, vel quoſcunque in hoc adhibitos, Vias ut complanarent; & qui eis præfecti erant, Itinerum, Pontium, Trajectuumque gerentes curam: de quibus vid. Veget. *Lib. II. de re mil.* † Poſcebat nim. hoc diſciplina militaris, 264.
ut milites eſſent, qui impedimenta de cunctis itineribus amoverent. Idque tanto magis, quod adduntur & qui SYLVAM INFINDUNT, cui uſui Sylveſtres illi ruſtici, Holtz-Fäller/ Scheidhauer? Niſi ut tranſitum integro parent exercitui per ſylvas, vel contrà, Hoſti obſtruant, den Wald verhauen. † Ne- 265.

 que

que tamen omnis artificii lignarii expertes credas Sylvicolas il-
los; ut qui cuivis opificio idonea norunt ſecernere ac præparare
ligna, Allerhand Geſchirr / an Stangen / Stollen / Wa-
gen-Schott / Pipholtz / vor Tiſchler / Wagner / Böttiger /
und dergleichen / außzuſchüren und zuzurichten-wiſſen: at-
que inſtrumenta haud ita diſſimilia uſurpabunt.

§. 42.

266. STRUCTORES Imperator ipſemet per Ædificatores ex-
plicat; iſthuc igitur ſecedent, iisdem uſuri inſtrumentis. TRI-
GARII credere me faciunt, Quadrigarios *ſuprà* §. *37. n. 250.* A-
gitatores quadrigarum ſeorſim conſtituendos fuiſſe, cùm à
267. Quadratariis tum à Quadrigariis curruum ſtructoribus. † Eſt
enim Trigarius non alius niſi Trigarum agitator. vid. Plin. *Lib.
XXVIII.* Triga *τρίιππος l. 38.* §. *14. ff. de Ædil. Edict.* Et Tri-
garium *τριιππεῖον*, curiale certamen. Quadrigarius ergò, qui
quadrigas agitat. Uterque autem eo tempore inter artifices
ſuô modô fuit. Feruntque & Neronem Principem hac porti-
one recreari ſolitum; cùm ſic quoque ſe Trigario approbare
268. vellet. Inſtrumenta Flagellum, Frenum. † TUBARIOS à Buc-
cinatoribus ſuprà relatis, differre oportet; Ne videatur JCtus
idem agere. Apulejus certè *Lib. III. Florid.* Buccinam mani-
feſtè à Tuba ſecernit; quum ait: Sicut ſiquidem vox homi-
nis & tuba rudiore torvior, & lyræ concentu variatior, & tibiæ
queſtu delectabilior, & fiſtulæ ſuſurrô jucundior, & buccinæ ſi-
269. gnificatu longinquior. † Nim. Buccina cornea, ſed Tuba ænea ſo-
let eſſe; Illam, einen Zinken / Cornet / Hanc eine Trompete /
dicimus. Erit igitur Buccinator ſtrictè Horn-Cornet- oder
Zinken-Bläſer. Tubarius Trompeter. Aut igitur intelli-
gitur, qui Tubâ canit, & hæc ipſa inſtrumentum erit: Aut qui
fabricat, & erit ea ſpecies ſeu manufactura, Inſtrumenta au-
tem

tem Aciculæ, Incus, Mallei, & quæ hujus generis Artifices habere ſolent.

§. 43.

VALLISTRARII: Utrum qui utuntur iis atque pugnant, 270.
Schüzzen: An qui easdem fabribant, Paſſaſtermacher/ Bůchſenſchäffter/ Stůk-Güſer/ exaudiendi ſint? dubites: Quoniam Artifices mage quàm Milites Tarruntenus enumerat. Eſt nim. Baliſta (quam vulgatam eſſe lectionem Gotofredus ait) machina jaciendi, à græco βάλλω. † Eaque duplex: 271.
Minor, ad jaciendas Sagittas, hodie, Eine-Fauſt Bůchſe/ Hand-Rohr: qua de Lucanus *Lib. II.*

Tortaque per tenebras validis balliſta lacertis
multifidas jaculata faces.

& D. Hieronymus *contra Jovinianum*: Balliſta, quantò plus retrahitur, tantò fortius emittitur. Je ſtärker ſpannen/ je weiter Geſchoß. † Et Major, quâ ſaxa torquentur majora & 272.
graviora: Grob Geſchüz/ qua de Valar. Max. *Lib. II.* Quum telorum jactu perforari nequiret, (ſerpens ſcil. ab Attilio Regulo interemta) ad ultimum balliſtarum tormentis undique petitam, ſilicum crebis & ponderoſis verberibus procubuiſſe. † Et 273.
quoniam utrasque & fabricare & uſurpare artis eſt, utrosque etiam, tam Fabros quâm Milites intelligere licebit. germ. Conſtabler. Sic tamen, ut uno caſu idem inſtrumentum ſit, quod altero manufactura.

§. 44.

VENATORES non tam quæſiveris Qui ſint, quàm qua ra- 274.
tione quove reſpectu huc cenſeantur, quorum neque ars ſit, ſpeciem quæ fabricet, nec militaris? Sed exercitium & Illuſtrium quidem perſonarum. Enim vero; Non ſpectandum Quorſum effecta illius artis redundent; Sed Annon illius occaſione optima militiæ hauriant principia. † Qui & arma tractant, cum 275.
beluis

beluis conflictantur, noctes dieſque vigilias tolerant, fami, frigorique adſveſcunt, atque ad quosvis eventús bellicos præparantur. Unde hodienum haud exiguus eorum in bello eſt uſus, ut ſubinde novellæ ad nos referant, Tot vel tot eorum copias hunc
276. atque illum Principem ſecum eduxiſſe. † Inſtrumenta ſunt Canes varii generis, Cornua minora & majus Wald-Horn / Culter & Gladius venatorius das Weide-Meſſer und Hirſchfänger.
277. Venabulum Schwein-Spieß. † VETERINARII erunt Veterinarum, h. e. animalium, quorum opera in vehendo conſumitur, Medici; Accurſius legit Mulomedici. *l. 1. C. de Excuſ. artif.* græce ἱππίατροι Roß-Ärtzte / quorum in militia maximopere neceſſaria eſt opera, atque immunitatem utique merentur. Inſtrumenta non adeò erunt à cœterorum diſſimilia.

§. 45.

278. VICTIMARII qui victimas ſeu venum exponunt, Opffer-Krähmer / ſeu cædunt etiam; Neque enim longè ab invicem abeſſe conſveverunt: ut ex ſacra licet obſervare hiſtoria; ubi Sacerdotes Hieroſolymitani tabernas Victimariis, atque menſas Columbariis in Templo elocaverant. Conf. *Matth.*
279. *XXI. 12. Marc. XI. 15.* † Quod, uti ſacrificaturis commodum erat, corâm & in præſenti invenire hoſtias; Ita in pecuniarium enolumentum cummaximè redundabat Sacerdotum, in tam ſancta intentione neminem impediri. ſcil. juxta *Sap. XV. 12.* æſtimaverunt converſationem vitæ compoſitam ad lucrum, & oportere undecunque, etiam ex malo acquirere. Quin & cultum divinum ipſum, genus vivendi lucrandique putant: ſeu, ut verbis Apoſtoli. *1. Tim. VI. 5.* utamur: Quæſtum eſſe pietatem, uti prædicit Petrus *Epiſt. 2. cap. II. 3.* de vobis negotiabun-
280. tur. † Erunt igitur Gentilium more loquendo, Sacerdotes caſtrenſes; atque inſtrumenta cum laniis coquiſve habebunt communia. Moribus hodiernis, quo cultus divinus in ſacrificiis abs-

que

que ſanguinis profuſione conſiſtit, atque aliud longè eſt Sacerdotum caſtrenſium artificium Feld-Prediger/Nihilominus in plerisque gaudent eâdem cum Miliitbus immunitate: per Interpretationem extenſivam. † VITRIARII tandem ſucce- 281.
dunt, ſuprà quidem in Speculariis à Tarrunteno comprehenſi; verùm Imperator eos etiam in ſuo Brevi artifices habet, quorum extra militiam uſus eſt, & tamen immunitas aliqua debetur in civilibus. ὑαλυργοὶ.

# CAP. VII.

## *Inſtrumenta continet animata.*

## CONSPECTUS.

*Inſtrumenti rationem an quidquid ſubire queat: n. 282. etiam Subſtantiæ? 284. Varios Homo reſpectûs ſubit. 285. Num ergò & Inſtrumentum fiet. 287. Utrum Magiſter ſuæ officinæ inſtrumentum. 288. Neratius & Ulpianus conciliati. 290. Inſtrumenta individuatim recenſere, grave. 291. Aut Bruta tamen ſunt. 293. Aves. 294. Aſinus. 296. Boves. 297. Caballi. 300. denique & Canes. 301. & Venatorii. 302. & Laniorum. 305. Aut homines. 308. quorum quandoq; nudum eſt miniſterium ſeu functio, 310. ut Cellarii 312. Saltuarii. 313. Inſtitoris 314. Oſtiarii. 315. Putatorum. 316. Quantum ad ſervos Paulus Ulpiano conciliatur. 317.*

§. I.

POſt hæc, Naturæ atque Artis ratio exigere videtur, Ipſa In- 282.
ſtrumentorum Corpora propius intueri, atque ſecundùm dicta examinare; cùm, Quidnam Inſtrumenti nomine venire; Quid rationem ejus ſubire poſſit ac debeat: Tum, Quæ ac Quota ſecundùm profeſſionum uſûsque diverſitatem occurrant, at-

que actu ipſo talia habeantur : Quæ Nomina, Corpus, Figu-
283. ra, Uſus, quæ denique Affectiones. † Primò autem pro certo tenendum, Inſtrumenta COPORA, h.e. Corporea eſſe : per tradita *ſup. cap. II. §. 3. n. 18.* Videndum modò de Indifferentia : An, quidquid eſt, etiam Inſtrumentum eſſe queat ? Dantur nim. Subſtantiæ & Accidentia, ſeu, ut cum Imperatore loquamur, Res Corporales & Incorporales; Inſtrumenta autem prædica-
284. mento Relationis accenſuimus, *ſup. cap. IV. §. 9. n. 86.* † Relatio autem ipſa accidens eſt. Minimùm ergò Subſtantiæ videbuntur à functione Inſtrumentorum immunes : per principium vulgatiſſimum, atque in ſe aliàs immotum : Nihil ſimul eſſe & non eſſe, Subſtantia ſcil. & ejus oppoſitum Accidens, eſſe poteſt. Unde credo Alfenus etiam JCtus motus, Nihil animalis inſtrumenti eſſe opinatus eſt. *l. 12. §. 2. ff. de Inſtr. leg.* Longè rectius ea quæ ſolô continentur, Inſtrumenti fundi non eſſe, Caſſius ſcribit; veluti Arundineta, Salicta, antè ſcil. quàm cæſa eſſent : quia Fundus fundi inſtrumentum eſſe non poteſt. *d. l. 12.*
285. *§. 11.* † Enimverò Ut ſubſtantiam, Animal, & in ſpecie Hominem Accidens haud eſſe, verum eſt; Ita accidit utique homini, v. g. Magiſtratum, Opificem, Uxoratum, Patrem, Famulum &c. eſſe, & ſic reſpectûs varios ſuſcipere, atque ob illos diverſa nomina Statumque ſortiri. Qua ratione vaſtator ille Orbis, Attila Hunnorum Rex, Flagellum DEi ſe jactavit. Quæ ratio ſermonis nec ipſi adeò Spiritui Sancto, in ore Prophetæ *Iſaiæ, cap. X. verſ. 15.* diſplicuit, Sennacheribum Securim atque Serram no-
286. minantis. † Non ineptè igitur Paulus JCtus *Lib. XIII. reſponſorum,* Mancipia quæ poſt teſtamentum factum in fundum Sejæ relictum à Teſtatore inducta, fundi colendi gratiâ in eodem fundo fuerint, Inſtrumentô fundi contineri reſpondit. *l. 19. pr. ff. de Inſtr. leg.* Atque imo Ulpianus Lib. XX. ad Sabinum Alfeno, nihil animalis inſtrumenti eſſe aſſerenti, in os contradicit,

*d. l. 12.*

*d. l. 12. §. 2. eod.* De rebus immobilibus, & inſtrumento inſtrumenti, conf. *ſup. Cap. III. §. 9. n. 59. ſeq.*

§. 2.

Malè igitur Alfenus Hominem inſtrumentô contineri negavit: quando verùm eſt, non quemlibet modò Mandatum ab alio ſuſcipientem, *v. §. 5. I. Per qv. perſ. nob. acq.* verùm ipſos adeò Artifices abſolutê conſideratos, inſtrumento eſſe poſſe. Neratius enim inſtrumentô Balneariô legatô, etiam Balneatorem contineri reſpondit, teſte Paulô Lib. IV. ad Sabinum in *l. 13. §. 1. de Inſtr. leg.* † Quorſum Mæcianus L. VII. Inſtituionum dubio procul indendit, quando Inſtrumentô balneariô legatô, Dictum eſt, inquit, Balneatorem ſic inſtrumentô contineri balneariô, quomodò inſtrumentô Fundi Saltuarium & Topiarios; & Inſtrumentô cauponiô Inſtitorem: Cùm balnea ſine Balneatoribus uſum ſuum præbere non poſſint. *l. 17. §. 2. d. t.* † Continetur autem & Fornicator, *l. 14. eod.* Faber, quando inſtrumentô contineatur, vid. *l. 12. §. 5. d. t.* ubi & reliqui Artifices, qui familiæ ruſticæ cauſâ comparati. Trebatius, amplius etiam Piſtorem & Tonſorem, qui familiæ ruſticæ parati ſunt, putat contineri: item Fabrum, & quæ ſqq. *d. l. 12. §. 5. ibid.* † Et, quanquam Aſinam molendinariam & Molam negat Neratius inſtrumentô fundi contineri, *l. 18. §. 2. d. t.* Et molas tamen & machinas, fœnum, ſtipulas, Aſinum machinarium & machinam frumentariam, (abſtractivè lonquendo, ſpeciem) inſtrumenti eſſe, [Ulpianus] Lib. XX. ad Sabinum ſcripſit. *l. 12. §. 10. d. t.* de Foſſore, add. *l. 18. §. 8. ibid.* de Fullone *l. 12. §. 6. eod.* & paſſim de Aliis.

287. 288. 289. 290.

§. 3.

Singula equidem inſtrumentorum corpora, quantum ad ſpecierum ſpecies, eorumque figuras recenſere, propter innumeram eorum multitudinem, atque inexplicabilem penè di- 291.

I 2 ver-

verſitatem, non impoſſibile modò foret nobis, Verùm parvô etiam ad ſcopum præſentem, quô uſum juris oſtendere ſumſimus, foret emolumentô, forſan & Lectoris ſuperaret patienti-
292. am. † Quantum tamen eorum apud bonos Autores, cummaximè in libris Juris noſtri occurrit mentio: quantum denique ipſo uſu atque experientiâ obſervare licuit, ſimplici ſerie alphabeticâ, citra curioſam partitionem enumerabimus; ne, obſcura ejusmodi diligentia tædium pariat. Ac ne viciſſim cœcô planè ductu incedere videamur, Animantia ſeorſim cenſebimus, Inanimata tunc ſubjecturi.

§. 4.

293. Suntque rurſus animalia ſeu Bruta, ſeu Homines: nec receptam eſſe Alpheni ſententiam: Nihil animalis Inſtrumenti eſſe, *l. 12. §. 2. de Inſtr. leg.* ſuprà oſtendimus. Primô locô occurrunt AVES, dubiò procul illices Aucupum, Lokk-Vögel: aut, ſi Paterfamilias pro commodiore uſu loci colonias avium, ut ita loquar inſtituat, atque vel ſic locum fructuoſiorem ergie-
294. biger/ nutzbahrer/ reddat. † Nec mirum, cùm & Aves inſtrumento, exemplô APIUM contineri, Sabinus & Caſſius putaverint. *l. 12. §. 13. de Inſtr. leg.* Si reditus etiam ex melle conſtat, alvei apesque continentur *l. 11. eod.* Eadem ratio eſt in Avibus, quæ in Inſulis maritimis aluntur. *l. 12. ibid.* Daß auch durch dieß
295. Mittel mehr Nahrung ins Land gezogen werde. † Dum videl. vacant piſcationibus, magna vis avium æquaticarum Gaviarum, Vanellorum, Milvorum, Meven/ Kybitzen/ circumvolat, & ſeu emortualia vel inteſtina quæ Piſcatores abjiciunt, captat, atque ob id in proximis nidulatur rupibus, ovaque parit; quæ talibus locis in vicem ſunt gallinariorum: Sicut de Belgio ſuo Schookius *Lib. VII. cap. 14. p. 193.* & locis Sveciæ maritimis teſtantur Scriptores. Quis neget E ejusmodi aves illis pro inſtrumento eſſe, locis illis deſertis & infrugiferis vel ſic fruendi?

† ASI-

† ASINUS machinarius ein Mühl-Eſel/ inſtrumenti eſt. *l. 12. §. 10. de Inſtr. leg.* ſcil. molæ: non confeſtim tamen fundi: quare Aſinam molendariam negabat Neratius inſtrumento contineri *l. 18. §. 2. d. t.* 296.

§. 5.

BOVES Inſtrumentum fundi eſſe, ſeu arent ſeu paſcantur, non dubitandum: *l. 4. de Inſtr. leg.* Priori caſu tantò minus, quantò manifeſtius eſt, operas per eos fieri. Nec minus tamen & poſteriori; argumentô apium atque avium; ut jam modò dictum. Nam & Bubulcus inſtrumentum fundi eſt, ſeu aret ipſe, ſeu paſcat ſolùm. *l. 18. §. 6. d. t.* † Sed quid juris, ſi quis duos habens fundos, Boves in altero aluerit, ad alterum arandum ablegaverit quidem, ſed cùm opus feciſſent, in alterum reverterentur: Utrumque tum legaverit fundum cum inſtrumento: Utri ex his cedent boves? Labeo, Trebatius ei ceſſuros putant, ubi opus feciſſent, non, ubi manere conſveviſſent. Caſcellius contrà. Labeonis ſententiam probat Javolenus *d. l. 4.* † Ulpianus circa ejusmodi adminiſtrationem forenſem Beſtallung von Hauß aus/ diſtingvere videtur in *l. 12. §. 42. ibid.* ut Labeonis ſententia procedat, ſi nudi hoſpitii & alturæ gratiâ alicubi commorentur: Caſcellii, ſi ejus domûs causâ parati ſint, licèt aliis quoque prædiis commodabantur. Ut videl. Deſtinatio attendatur. conf. *l. 58 §. 1. ibiq; Gotofr. mihi lit. B. ff. Pro ſoc. l. 55. §. 7. de leg. 3.* † CABALLI qui ſunt in Piſtrinis, eorum ſunt inſtrumentô. *l. 15. pr. de Inſtr. leg.* Sed quid de EQUITIO? ita dicendum videbatur, eâdem ratione quâ & in Bobus & avibus, apibusq;. Et Paulus tamen reſpondit, Villæ Inſtrumentô neque fructûs repoſitos, neque Equitium contineri. *l 19. §. 1. eod.* Forſan ſub eadem quâ ſup. diſtinctione, ſi fructus fundi non in eo conſiſtat.

297. 298. 299 300.

§. 6.

301. CANIS animal quadrupes terreſtre, (eſt enim & piſcis marinus & Aſtrum) inſtrumentum ad omne genus œconomiæ utiliſſimum; unde tot eorum genera, ut ſit alius Catenarius, Villaticus, Hauß- und Ketten-Hund/ Paſtoralis vel Pecuarius,
302. Schaff-Hund/ vel ut ſuô nomine dicitur, Schaf-Rüde. † Venaticus, Jagt-Hund: & ejus ſpecies: Odorus, ſive ſagax, item vestigiator, ein Spühr-Hund/ Ståuber/ (unde explorare latebras alicujus, expiſcari, einen außſtåupern/) oder auch ein Wachtel-Hund/ Villoſus, ein zotiger Waſſer-Hund/ vulgo, Budel-Hund. Hi, ſi in agro venationes ſunt, Inſtrumentô
303. fundi continentur. *l. 12. §. 12. de Inſtr. leg.* † Sunt deinde canes domeſtici vel Majores, Moloſſi, à Moloſſia, Epiri Regione dicti, de quibus multa Poœtæ fabulantur, ut legere eſt ap. Jul. Polluc. *Lib. V. cap. 5.* vel Minores, Köter/ Utroſque alere, cuivis integrum, dum feris atque venationi ſint innoxii: Unde majores fuſti alligare, Knüttelн/ Bengeln/ minoribus pedem alterum anteriorem alicubi præcidere oportet, ſicut in Holſatia ac Dith-
304. marſia obſervavi. † Minimi verò Catelli, Jungfer- oder Schoß-Hündlein/ inſtrumenta deliciarum ſunt. Sed de genere & natura Canum vid. Plin. *Lib. X. cap. 63.* & Xenophon. *in opere de Venatione.*

§. 7.

305. Inter Artificum etiam inſtrumenta, & LANIONUM quidem nominatim, CANES ſunt, groſſe Fleiſchers-Hunde: quorum intuitu & occaſione, tam Lanios invicem, quàm cum aliis negotia eveniunt. Ibi quidem dum utili ſervi corrupti actione ſuper cane abſtracto invicem oriuntur litigia; ſiquidem pecora docti fuerint agere. Unde memini, ſub quinque florenorum mulcta inhibitum, eines zu- oder eingehetzten
306. Hund abzufangen oder an ſich zu gewöhnen. † Hic autem

dum

dum varia, ex deductione illorum ad macellum, eveniunt inconvenientia. Unde prohibitum: Sollen ihre Hunde nicht mit in die Fleiſch-Banck bringen: quod repetitum ♀ 4. Febr. 1676. Item Weil Klag einkommen / daß die Hunde ſo wol in der Bank als uffm Markt / durch beiſſen ein groß Unweſen verführen / faſt die Buden einwürffen / daß ſich die Leute ſcheueten in die Bank zugehen / Als iſt bey 1. Reichßthaler Straffe verbohten / die Hunde uffn Markt oder in die Bank mit zunehmen / ☽ 30. Septembr. 1678. † Sed, 307.
cùm Laniorum quisque ſubtrahere ſe conaretur, negando Suum fuiſſe, allegandoque ignorantiam Cujatis eſſet: denuò repetitum interdictum cum appoſito: Da ſich eines Hundes niemandanmaſſen wolte / dem Schinder ſolchen auszufangen ſolt erlaubet werden. ☿ 6. Decembr. 1678. Aliud inſuper circa canes notandum, quantum ad eorum uſum, exercitium & inſtigationem: Haberi id munus virile, atque ſuo officio peculiare, quod non niſi Boëtho artis committendum ſit, ut ne Magiſtro id liceat per ancillam expedire: de quo *infrà ſuò locò*.

§. 8.

Hominum, aut Miniſterium eſt, aut Artificium. Nam, & 308.
ARTIFICES, abſolutè conſideratos inſtrumentô eſſe poſſe, conſtat ex *l. 13. §. 1. l. 17. §. 1. l. 18. §. 1. de Inſtr. leg.* In tantum, ut Magiſter ſuæ officinæ inſtrumentum eſſe, atque inſtrumentis artis ſuæ contineri queat. † Ut AUCEPS *l. 12. §. 13.* BALNEATOR. 309.
*d. l. 13. §. 1. l. 17. §. 2. eod.* FABRUM, MOLITOREM, ac plures alios, utriusque ſexûs conjungit Ulpianus, in *l. 12. §. 5. d. t.* Coquam ſc. Lanificas, Villicam & ſim. Sed & PISCATORES inſtrumentô piſcatoriô contineri, verius eſt, Mæcianô autore, in *l. 17. §. 1. d. t.* PISTOR, TONSOR inter cœteros jam extant in *d. l. 12. §. 5.* † Cœterorum aut nudum MINISTERIUM eſt, 310.
quales ſunt Atrienſes, Hoſtiarius, Mulio, Paſtores, Putatores, Scopia-

Scopiarius, Servus: aut Functio ſeu officium, Cellarii, Diæta-
311. rii, Inſtitoris, Saltuarii & ſim. † Nam, quibusdam in regionibus accedunt inſtrumento, ſi villa cultior eſt, nachdem es eine ſtarke Haußhaltung/und der Hoff wohl beſetzt iſt/ veluti ATRIENSES Scoparii; Si etiam viridarii ſunt, Topiarii; ſi fundus Saltùs paſtionesque habet, greges pecorum, Paſtores, Saltuarii.
312. *l. 8. §. f. de Inſtr. leg.* † CELLARIUM quoque, id eſt, ideò præpoſitum, ut rationes ſalvæ ſint, inſtrumenti eſſe conſtat. *l. 12. §. 9. eod.* DIÆTARIUS à diæta h. e. cœnaculo, cubiculo, in quo verſamur, æſtate ad umbram, hieme ad ſolem, v. *l. 13. §. 7. ſq. ff. de Uſufr. l. 13. §. 1. de leg. 1.* *ἀπὸ τοῦ διαιτάομαι* vivo, commoror, ein Gemach/ Zimmer/ unde Diætarius, quaſi Cammer-Diener/ Domui tantùm deſerviens, inſtrumentô continetur. *l. 12. §. 42. de Inſtr. leg.*

§. 9.

313. SALTUARIUM autem Labeo quidem putat eum demum contineri, qui fructuum ſervandorum gratiâ paratus ſit: Eum non, qui Finium cuſtodiendorum causà: Sed Neratius etiam hunc. Et hôc jure uti Nos, ait Ulpianus, Lib. 20. ad Sabinum, ut omnes Saltuarii contineantur. *l. 12. §. 4. eod.* HOSTIARII autem, inquit Papinianus, domui tantûm deſervientes
314. continebuntur. *l. 12. §. 42. d. t.* † Tabernæ cauponiæ Inſtrumentò legatô, etiam INSTITORES contineri Neratius exiſtimat. Quod Paulus Librô quartô ad Sabinum notat, atque ad Negotiationem reſtringit; ſic, ut Cauponæ tum demum, cùm negotiationis nomen ſit, etiam Inſtitores contineantur. *l. 13. pr. ibid.* Id quod hactenus approbat Mæcianus Lib. ſeptimô Inſtitutionum, ut ad alios quoque Artifices extendat & applicet, in
315. *l. 17. §. 2. eod.* † MULIONEM inſtrumenti eſſe, nec minus OSTIARIUM, conſtat. *l. 12. §. 9. eod.* Utrum hic idem ſit cum Hoſtiario? *§. 42. ibid.* penè affimaverim; Ex eo, quòd litera H

Italis

Italis aſpiratio mage quàm litera ſit, atque non rarô planè omit-
titur. Unde & in Pandectis Florentinis ibi omiſſam obſerva-
mus, ubi ex uſu communi addi ſolet. Sic Odie, pro hodie.
*l. 2. ff. de Prævaric.* Umor pro Humor quondam legebatur, in
*l. 57. ff. Loc.* & Aenum pro Ahenum in *l. 19. §. 2. ff. Locat.* etiam-
num extat. † Unde diſputari ſolet, Litera H in verbo Poſthu- 316.
mus an neceſſaria ? vid. H. Rennem. *vol. 1. Diſp. I. th. 19. lit. A.*
*not.* & Gotofredus *in l. 3. §. 1. ff. de Injuſt. rupt.* PUTATORES
qui fundi cauſâ habentur, ejus Inſtrumentum ſunt. *l. 18. §. 7. ff. de*
*Inſtr. leg.*

§. 10.

Quantum ad SERVOS, Paulum cum Ulpiano committit 317.
Gotofredus, tanquam prior Ille in *l. 12. §. 8. in f.* affirmet Eos
inſtrumentô contineri; Hic contrà in *l. 19. in fin.* neget. Nulla
tamen ſupererit pugna, conſideranti, quòd Ulpianus inſtituat
comparationem inter PECORA, quæ aliquâ anni parte, putà tem-
pore hybernô in fundo paſcuntur, ſed alterâ parte ſc. æſtivâ, his
pabulum in compaſcuis conducitur: † Qualis alternatio ho- 318.
dienum in Holſatia quantum ad tractûs aridos & compaſcuos,
Geeſt- und Marſch-Länder / obſervatur: Unde telonio Du-
cis Gottorpienſis, quâ tranſeundum eſt, non exiguum accedit in-
crementum: notante hiſtoriâ illarum Provinciarum: & SER-
VOS per quos ager aliquâ parte anni colitur, aliquâ parte in mer-
cedem mittuntur: Ut ſervant illi, qui famulitium ſuum ablegant
in meſſem, in der Erndte uff den Schnitt ſchicken / umb den
Zehend zuſchneiden. † Quam alternationem Ulpianus, haud 319.
impedimento eſſe ait, illi eorum ſtatui quô inſtrumentô conti-
nentur. Cui neutiquàm obloquitur Paulus, longè aliter diſtin-
gvens, atque adeò aliam *dubitandi rationem* propoſitam habens:
*Utrum* videl. Servus arte fabricâ inſtructus, mercedem annu-
am præſtet Domino; ut ſit quaſi conductor operum, ac vivat
tanquam Incola loci in fundo: † *An* Fide dominicâ miniſtret, 320.

uff des Herrn Gefahr und Unkoſten / ut Dominus operas conduxerit, in iisque tanquàm ſuis utatur operâ ſervi : ut *priori* caſu ſervus inſtrumentô villæ non contineatur. *l. 19. in f. de Inſtr. leg.* Id quod Ulpiano non foret adverſum : *poſteriori* utique contineri, Scævola quoque reſondit. *l. 18. §. 4. l. 20. §. 1. eod.*

Appendix ad cap. VI.

SPECIFICATIO, Was Johann Frantz Griendl von Ach auf Wanckhauſen / Mathematicus und Opticus in Nürnberg / von Optiſchen Raritäten pfleget zu machen / und iſt folgendes.

1. Fern-Perſpectiv, von 10. 20. 30. 40. 50. und 60. Schuh lang / damit man auff viel Meil Wegs gantz deutlich ſehen kan. Und dieſe haben ſonderbahren Gebrauch / auch in Veſtungen / in die Ferne zu recognoſciren / per 20. 30. 40. 50. 60. biß 100. Reichsthaler.

2. Fern-Perſpectiv, von 3. 4. 6. 8. Schuh / damit man auff etliche Meil Wegs wol ſehen kan / per 2. 4. 6. 12. biß 15. Reichsthaler.

3. Stern-Perſpectiv, die eigentlich für die Planeten / und derer maculas, als des Monds / Sonnen / Jovis, Veneris, &c. zu obſerviren gehörig / und für andere Sternen mehr : damit man unzählbar viel Sternen ſiehet / die man ſonſt nicht ſehen kan / als v. g. wenn man die Plejades mit bloſſen Augen anſiehet / ſiehet man ungefehr 5. (oder 7.) Stern / hingegen durch meine Stern-Gläſer kan man wol 50. Stern zehlen von unterſchiedlicher Gröſſe : In dextro pede Orionis findet man zween Stern mit einem hellem Glantz umbgeben / wie zwo Sonnen / dergleichen im gantzen Firmament nicht zu finden ſind / zu geſchweigen / wenn man das gantze Sidus betrachtet / wo nur ein Stern zu ſehen ſcheinet / findet man vier und fünff bey einander. Der Jupiter iſt nicht

nicht Kugel-rund / ſondern eckigt / voller groſſen maculis, und hat gleichſam eine Oval-figur. Des Monds maculæ finden ſich weit anders / als bißhero die Autores in Kupffer-Bildern haben laſſen ausgehen / per 20. biß 30. Reichsthal.

4. Allerhand kleine Perſpectiv, auch die nur eines kleinen Fingers groß / oder noch kleiner ſind / wie man ſie verlanget / inſonderheit / die gar viel einfaſſen / und / was man ſehen will / gleich finden kan. Und alle dieſe meine Perſpectiv, groß oder klein / kan man zu allen Geſichtern / jung oder alt / richten: auch denen / die gar ein blödes Geſicht haben / per 1. biß 2. Reichsthaler.

5. Perſpectiv, dadurch man mit zweyen Augen zugleich ſehen kan. Dieſe faſſen viel ein / und præſentiren alles / wie ein Spiegel / aufrecht / per 36. Reichsthaler.

6. Perſpectiv, die überaus viel einfaſſen: Man kan zugleich auff einmahl eine Stadt / oder Armada zu Waſſer und Land / überſehen / ſambt allen actionibus, per 12. Reichsthaler.

7. Perſpectiv, daß zugleich etliche Perſohnen dadurch ſehen können / per 50. Reichsthaler.

8. Perſpectiv, damit man alles umbkehret / und die Leut auff den Köpffen gehen ſiehet / per 12. Reichsthaler.

9. Perſpectiv, damit man / was rechts / lincks ſiehet / und eine Perſohn umb und umb kehren kan / per 12. Reichsthaler.

10. Perſpectiv, damit man in einem Zimmer / auff einem Seſſel ſitzend / oder Bette liegend / alles / was vor der Haußthür / auf dem Platz / überzwerg der Gaſſen / oben auf dem Dach / ja umb und umb alles ſehen kan / per 12. Reichsthaler.

11. Polemoſcopia, das ſind Kriegs-Perſpectiv, haben

ſonderlichen Gebrauch in belågerten Veſtungen / damit man vor dem Wall / ohn allem Schaden / den Feind in dem Graben arbeiten ſiehet / per 24. Reichsthaler.

12. Microſcopia, das ſind Vergröß-Gläſer / die ein Corpus über tauſendmahl tauſend verwunderlich vergröſſern. Sie præſentiren eine Lauß / einen Floh / 16. Zoll lang / ein kleines Sand-Körnlein / wie Kieſelſtein / den Niederländiſchen zarten Flor / wie ein groß eiſernes Gütter / die Käßmülben / wie groſſe weiſe Roß-Käfer / und dergleichen: So viel man Sachen darhinder ſiehet / ſo viel ſiehet man Wunder. Inſonderheit ſind ſie auch dienlich / die maculas der Edelgeſtein / Bettſchafft-Ring damit zu erkennen. Sie præſentiren gröſſer / als die Engliſchen / und faſſen vielmahl mehr vom Zirckel ein: Und dieſe ſind dreyerley Sorten / per 6. biß 12. Reichsthaler.

13. Microſcopia, die allerhand kleine Frücht / Blumen / und andere curioſa, über die maſſen verwunderlich groß den Augen vorſtellen. Sie præſentiren die vier Zeiten des Jahrs / Berg / Schlöſſer / wilde Thier / lächerliche Poſturen / Maſqueraten / Jägereyen / und dergleichen / per 1. Reichsthaler. &c. quæ ſuprà omiſſa hîc voluimus ſupplere.

# CAP. VIII.

## *Inventarium eſt Inſtrumentorum.*

## CONSPECTUS.

*Cætera inſtrumenta ſunt Acetum. n. 321. Acus. 322. Ahenum 324. Alvei. 326. Amæ. 327. Amphora. 328. Amuſſis, Amylon. 329. Anchora. 330. Ancones. Antennæ. Apes. 331. Apotheca. 332. Aqua. 335. Aratrum. 337. Arpagones. 338. Aſcia. 340. Atramentum.*

*tum. 342. Balliſta. Balnea. 344. Bidens. Bolis. 345. Caccabus. 346. Calamiſtrum. 347. Calcar. 348. Cœlum. 349. Cancellus, Capſellæ. 350. Carbones, coctiles 351. & foſſiles. 353. Carduus. 355. Carrus. 356. Catadromus, propriè 357. an figuratè accipias. 358. Cataplaſma. 362. Cauteria. 363. Centones. 367. Ceræ. Chartha. 371. Chryſocolla. 373. Cilicia vela. 376. Circinus. 377. Cochlea. 378. Cochlear. 384. Cocula. 385. Collyria. 386. Colores. 387. Conchæ. 388. Contus. 389. Corbis. 390. Cornua. 392. Creta. 393. Cribrum. 394. Cucuma. Craticula. 396. Cucurbitula. 397. Culter, varii generis, ab uſu 398. & figura. 405. Cupæ. 412. Decempeda. 414. Dolabra, num rectius reddatur* Hobel/ *415. an* eine Axt? *417. explicatur. 420. Dolia, 422. quatenus hîc tractantur. 424. Dolon. 426. Emplaſtrum. Ephippium. 427. Ferramenta. 428. Ferrumen. 432. Fiſtula. 434. Flagellum 435. Foenum. 436. Folles. 437. Forceps. 440. Forfex, Forpex. 443. Forma. 444. Inſtrumentum fuſorium, 445. Plaſticum, 446. Oeconomicum, 447. Sutorum, 449. & Architectorum. 450. Fornax, 453. Domandi, 455. Extrahendi. 457. Calefaciendi. 459. Fornicarius rectius dicatur, an Fornacarius. 462. Frenum. 463. Fulcimenta. 464. Gladius. 465. Gluten. 469. Grus. 473. Hamæ. Harpago. 474. Harpedone. 476. Hauſtorium. 477. Helcium. 478. Horologium. 479. Ignis, 480. cujus nutrimentum Ligna. 482. Incus. 484. Indigo. 485. Iſatis. 486. Libella. 489. Libra, 492. cujus Species, 494. Partes. 498. Lignum, 499. cujus vocis poteſtas. 500. Ligo. 504. Lima. 506. Linea. 507. Machina. 509. Mactra. 513. Malleus. 514. Maltha. 516. Mappa. 519. Marculus. 522. Marra. 523. Menſa. 524. Meta. 526. Modius, 527. quô num & fundos metiamur? 528. Mortarium. 531. Muſtricula. 532. Navis. 534. Norma. 535. Palus. Panus. 536. Patina. Pavicula. 537. Pecten, 538. inſtrumentum Textorium, 539. varii generis. 542.*

*& Ruſticum. 544. Peniculus, 545. inſtrumentum Pictorium, 546. & abſterſorium; varii pariter generis. 547. Perpendiculum. 551. Pertica. 552. Plaga. 555. Plauſtrum. 557. Pollinarium. 559. Pondera. 560. Prælum, 566. totius nomen, 567. an partis? 570. Preplaſtice. Protbyrum. 573. Pugillares. Quali. 574. Raſtri. 577. Radula. 578. Ralla. 580. Regula. 581. Remni. 582. Retia. 584. Rota. 586. Rubia. 587. Rudentes. 589. Runcina, Serra. 593. Sagitta, Salicetum. 596. Sarcocolla. 597. Sarculus. 598. Scala. 599. Scalprum. 601. Scapha, 603. num ſit majoris navis inſtrumentum? 606. Scopæ. 610. Securis. 612. Serra. 613. Sipho. 615. Spata. 617. Spongiæ. Stipulæ. 618. Stylus. 619. Tegula. 620. Terebra. 621, Textoria inſtrumenta, 622. peculiares eosque plures occupant opifices. 623. Torcular. 625. Tornus. 626. Trochlea. 627. Trulla 628 Trutina. 629. Tuba. 630. Tudes, Tudicula. 631. Vaſa. 632. Vectis. 633. Vehiculum. 634. Vela. 635. Artemon. 638. patitur controverſiam ſtatûs, 640. diſtinctione conciliatam. 641.*

§. 1.

321. INanimata ſimplici pertexemus filô: atque reperimus primò locô ACETUM, quod extingvendi incendii causâ paratur, domùs inſtrumentum fuiſſe *l. 12. §. 18. h. n. t.* Duplex nim. habere ſolebant: Alterum quod eſui non eſſet; Alterum quod ſeu Eſui ſerviebat, ut in lactuca; atque id cedebat penori. *l. 3. §. 5. ff. de Pen. leg.* ſeu Potui, & habebatur in vino. *l. 9. pr. verſ. Item acetum*
322. *& §. 1. ff. de Trit. leg.* † ACUS exigua res adſpectu, pluribus eſt inſtrumentô; non vulgo modò, verùm etiam Artificibus. Unde eſt (1) Acus *Comatoria*, qua Ornatrices utebantur ad diſcernendos capillos: græcè καλαμὶς, olim ex arundine facta, quibus mulieres cincinnos & velamenta capitis firmabant: quod nunc aureis aut argenteis fit. Calamiſtrum eine Auffeʒ-Nadel/ Sil-

Silberne Neſtel-Nadel/Diſcerniculum, eine Haar-Nadel. Chirurgi ergò,& qui comas ſtruunt adſcititias & fucatas, utuntur eâ pro cincinnis conflandis, ein Kräußel-Eiſen. (2) Acus *pictoria*, phrygia, Semiramea, Aſſyria, Babilonia; quâ pingunt Phrygiones, die Seiden- oder Gold-Stikker / eine Stikk-Nadel. 323.
(3) *Textoria*, quâ utuntur in texendis, ſeu retibus ſeu tibialibus, eine Strikk-Nadel. (4) *Vulgaris*, ſeu Acicula; & hæc quoque duplicis uſûs: *Nendi*: quà & fœminæ Netrices, & aliqui Artifices, Sartores, Pelliones, Marſupiarii utuntur, Neh-Nadeln; & *affigendi*, Stekk-Nadeln/ Spenneſln. (5) Denique Cocinatoria. Spikk-Nadeln.

§. 2.

AHENUM inſtrumentum Culinarium ſupra focum pendulum, plerumque cupreum eſt, aquæ potiſſimùm calefaciendæ, 324.
quâ inter cœnandum utebantur quondam: atque etiamnum Chinenſes non niſi calidum bibunt, aut ſorbent magis; teſte Niehoff *Itinerar. Sinenſi fol. 57. b.* Sæpenumerò capitur pro ampliſſimo vaſe in quo tingitur purpura: ein Färbe-Keſſel: nec impedit. Coquendæ cereviſiæ aut ſali adhiberi, Brau- und Saltz-Pfannen. † De quibus notandum, ſi affixa fuerint muro, 325.
eingemauret/ ad fundum pertinere, atque Succeſſoris Feudi eſſe. Carpz. *p. 3. C. XXXI. d. 6.* ſin ſeparatum ſit, Geradæ eſt, atque unà cum aheno lavandi, ad Viduam & ſucceſſores allodiales pertinebit. In quo poſteriori tamen diſcrimen adfixi aut ſoluti haud attenditur. Carpz. *p. 2. C. XIV. d. 35.* Addas & fundi Dominum-locatorem, Conductori aenum in quo olea aquâ calidâ lavatur, ut cœtera vaſa olearia, præſtare oportere *l. 19. §. 2. ff. Loc.*

§. 3.

ALVEI apesque Bien-Stökke/ fundi inſtrumentô continentur, cùm reditus conſtat ex melle. *l. 10. ff. de Inſtr. leg* Re- 326.

cepta-

ceptaculum enim quoddam ſunt apium, ſine quo habitare illi non poſſunt; Neceſſe autem eſt ei rei cedi, ſine qua eſſe non
327. poteſt. *l. 23. §. 3. ff. de R. V.* † AMÆ *l. 18. §. 21. de Inſtr. leg.* Inſtrumentum hauſtorium ac fuſorium, plerumque coriaceum, ein Feuer-Eimer. Ab eo diverſum quid ſunt, & non ſine aſpiratione ſcribendum legendumque HAME, §. *18. eod.* Conti uncinati, inſtrumentum œconomicum, compeſcendis & diſturbandis incendiis inſtitutum, ein Feuer-Hake: cum quibus Præfectus Vigilum coërrare per totam debebat noctem. *l. 3. §. 3. ff. de*
328. *Off. Præf. Vig.* † AMPHORA abſolutê & in ſe, certum vaſorum genus anſatum, mit zweyen Griffen/Henkeln oder Hand-Haben/ vino aſſervando inprimis accommodatum. ein Zuber. Sed & adhibitum ad res alias menſurandas, dixeris einem Ohm-Keſſel/ſeu potius erat genus menſuræ, ſeu certa quantitas liquidorum, capiens Congios octo, h. e. quadraginta octo ſextarios.
329. v. g. eine Ohm. † AMUSSIM in Libella invenies. AMYLON, græcâ ratione dictum, quòd & extra molam conficiatur; germanicê quoque Amlung dicitur, Krafft-Mehl/Stärke/ Stiefels/ Saxonibus, & Amentam: Inſtrumentum Lotricum, glutinandis linteis ſubtilioribus, colore cœruleò infectum. Hujus opificii Exercitores plurimi in Wormer, celebri Noort-Hollandiæ pago notari ſolent: qui etiam, quò majorem queſtum faciant, farinam tritici in hunc uſum convertere ſolent. Mart. Schook. *Belg. fæder. Lib. VII, cap. 9. p. 181.*

§. 4.

330. ANCHORA Inſtrumentum nauticum eſt, ferreum, Tyrrhenorum inventum, quò naves retinentur: Speciebus & Quantitate differens: Maxima, in qua extremum quærunt præſidium, Sacra anchora dicitur, Pflicht-Anker/ ſic ut in proverbium abierit. Inde Anchoram ſolvere, mittere, außwerffen/fallen laſſen; dicitur proverbialiter, pro Subſiſtere, quieſcere, für Anker

Anker liegen/ Contrà, Tollere, lichten/ pro Moliri diſceſſum: ac, ſi præ nimia feſtinatione fieri nequeat, Præcidere, dat Anker-Tow kappen. † ANCONES in tabernis, Loci mage quàm 331.
inſtrumenti. *l. 17. pr. de Inſtr. leg.* Sed ANCONISCI Inſtrumenta tortorum. ANTENNA inſtrumentum nauticum, ligneum, quô vela malo affiguntur atque appenduntur. Die Seegel-Stangen/ Dædali inventum. APES inſtrumentô continentur; modô, quo & Alvei. *l. 12. §. 13. de Inſtr. leg.*

§. 5.

APOTHECA uſu hodiernô Taberna & officina Pharma- 332.
copœorum eſt; Olim quodlibet reconditorium, v. g. Vini, ſeu cella vinaria. *l. 11. §. 3. ff. Loc. l. 21. §. 6. de Furt. l. 1. C. de V. S.* Olei. Columella *L. I. rei ruſt. cap. 6.* Librorum. *l. 12. §. 34. ff. de Inſtr. leg.* Quæ, An Bibliotheca ſit, eine Librarey? quæritur.
† Sanè Bibliotheca quandoque Locum ſignificat, ædificium, 333.
conclave in quo libri collocati ſunt, die Bibliothek / aliquando Libros ipſos, ſeu univerſitatem ac corqus integrum; ut ſi dicas Legaſſe quem ſuam alicui bibliothecam, h. e. rem librariam; aliquando Armaria & Repoſitoria, quæ plerique bibliothecas appellant. *l. 52. §. 7. ff. de leg. 3.* Bücher-Bret / Pulte / oder Pulpet. Patet itaque differre. † Atque adeô Inſtructô fun- 334.
dô legatô, & bibliothecam, (armaria) & libros, qui ſc. illic erunt, ut, quatenus veniſſet, uteretur, Im Fall er dorthin kâm / und ſich eine Zeit da uffhielt/ zugebrauchen/ contineri legatô conſtat: Eſſent enim aliquid pertinens fundi. Sed ſi quaſi Apothecâ librorum utebatur, eine völlige Bibliothek / contrà dicendum; ut ſc. ſit corpus peculiare. *l. 12. §. 34. de Inſtr. leg.* Planè ut Apotheca vini & Cella vinaria differunt; ut *Apotheca* ſit majus reconditorium, der groſſe Vorrahts-Keller. *Cella,* minus; ad uſum quotidianum: ne frequenti acceſſu aër intromittatur. Die Lufft hinein ſchlage und matt werde.

§. 6.

335. AQUA equidem ut elementum, Materia eſt, ex qua Opifices aliquas ſpecies producere poſſunt; ſed ad multas concurrit tanquam inſtrumentum humectandi, lavandi, purgandi, emolliendi, volvendi atque agitandi, Rotas videl. molendinorum omnis generis. Extingvendi item, non incendia modò domorum, verùm & prunarum, ſeu carbonum candentium. Ut eſt aqua Fabrorum ferraria, Löſch Waſſer in den Schmiede-Eſ-
336. ſen. † Dantur & aquæ *artificiales*, & medicatæ, innumeris ſpeciebus, inprimis chryſulca Scheide-Waſſer/ vulgò Aquafortis; cujus vi aurum à quocunque metallo deduci ſcribit Alciatus *Lib. 3. Parerg. cap. 11.* Cujus defectu Antiquos communionem materiarum confuſarum admittere oportuit. §. *27. I. de R.*
337. *D.* † ARATRUM inſtrumentum eſt œconomicum, culturæ agrorum utile, fructuum quærendorum causâ *l. 8. pr. ff. de Inſtr. leg.* à Bige inventum. ARMAMENTA: non peculiares ſpecies Inſtrumenti, ſed generale nomen, univerſis competens; aut potius integram aliquam certi generis *univerſitatem* ſeu *corpus* ſignificans; ſicut Cyzicus urbs Inſulæ ejusdem nominis, tribus amamentariis incluta fuit, quorum aliud Armorum, aliud Inſtrumentorum, aliud Frumenti erat receptaculum. Nam & *Navalis* apparatus, funes, vela, remi & alia ejusmodi: Plinius etiam *Vinitorum* inſtrumenta, Armamenta vocat.

§. 7.

338. ARPAGONAS, Canales & Amas Ulpianus conjunxit. Lib. XX. ad Sabinum, atque inſtrumentô domûs contineri dixit *l. 12. §. 21. ff. de Inſtr. leg.* Equidem diverſa eo nomine inſigniuntur inſtrumenta, & (1) quidem inſtrumentum *nauticum militare*, ferreum, in fine aduncum, quô in navalibus præliis naves apprehenduntur, & tanquam in continenti coguntur dimicare. Schiff-Haken/ Actum ipſum vocant das ändern.

† (2) In-

† (2) Inſtrumentum *opificiarium* vietorium ferreum, quô vaſa vinaria conſtringuntur, ut commodius inducantur circi: quod à nonnullis Canis vocatur. Reiff-Zange. (3) Inſtrumentum œconomicum pluribus uncis munitum, quô vaſa & alia plura quæ in flumen aut puteum deciderunt, extrahuntur: cujus Inventor teſte Pliniô *Lib. VII. cap. 56.* Anacharſis Philoſophus extitit: atque in hoc poſtremo ſenſu *d. l. 12.* §. *21.* accipi videtur, ein Brunn-Haken. 339.

§. 8.

ASCIA Inſtrumentum Fabri lignarii, quô fabricæ materiæ dolantur: quaſi ab aſcindendo, vom Behauen. Dædali inventum: ut qui fabricam materiarum, h. e. lignariam primus invenit. Unde Aſcio, exaſciare außhauen / außzimmern. Cujus deminutivum eſt ASCIOLA: Nam ut Serrræ & cœterorum inſtrumentorum fabrilium diverſæ formæ, ita & quantitas pro uſu diverſo. † Sic alia diciturPertuſoria, eine Stich-Axt / Transverſa, Zwerch-Axt / alia ordinaria, Dolabra in ſpecie, eine Zimmer-Axt. Nim Græci Ligna cruda dicunt ξύλα ϛρέγγυλα, cùm ars fabrilis manum nondum admoverit: à verbo ϛρέγγυλος, teres; qualis cylindrus, germanicè Rundholtz / wie es lediglich im Walde gefället und nieder gehauen iſt. Huic opponitur παρακινηθέντα immutata, zugehauen / quadrata facta, quaſi zu Lager gehauen / zugerichtet / ut requieſcat, neque ictui cedat & operantem fruſtretur. † ATRAMENTUM inſtrumentum tinctorium, partim Chartæ partim Corii eſt: Aliud enim Librarium eſt, ſeu *ſcriptorium*, quô Librarii in deſcribendis libris utuntur, Dinte. Aliud quod Coriarii pellibus inficiendis uſurpant: græcè χάλκανθον quaſi Flos æris; corpus metallicum: idque duplex, *Foſſile* & *Factitium*. Vulgò Vitriol, quòd in morem vitri pellucidum ſit, Atramentum *Sutorium*, quia ex eo aquâ diſſolutô corium denigratur, Schuſter-Schwärtze. vid. Plin.

340. 341. 342.

Plin. *Lib. XXXIV. cap. 12. 22.* Ad forum inde tractum proverbium: Atramentô ſutoriô abſolutum eſſe: h.e. corruptelâ Judicum, apud Ciceronem *Lib. Epiſt. IX. ad Pætum.* quo de conf. Hadr.
343. Turneb. *Lib. VI. adverſ. cap. 1.* † Eſt & piſcis, Loligo, item Sepia nomine, Blak-Fiſch / Dünten-Fiſch / dictus, atrum cruorem, dum inſidias ſibi ſtrui animadvertit, emittens, inſtar atramenti, quo aquam infuſcat ac ſe abſcondit. quo de vid. Plin. *Lib. IX. cap. 29.*

§. 9.

344. BALLISTA Inſtrumentum bellicum eſt, duplicis generis, Majus, machina quæ Saxa jacit: Minor quæ Sagittas: quam Phœnicas inveniſſe Plin. *Lib. VII. cap. 56. ſcribit.* Quanquam alii Saturnum à Jove pulſum & in Græciam profugum, balliſtarum uſum docuiſſe tradant. BALNEA Inſtrumenta ſunt medica, fornaces videl. atq; Clibani ut ſic dicam, quibus diverſa medicamenta coquunt & deſtillant, Unde Balneum Mariæ & ſim.
345. Brenn helm / Deſtillir-Oefen. † BIDENTES Inſtrumentum ſunt ruſticum, agriculturæ aptum, quod duos dentes habet ferreos eine Hakke / Karſt / Miſt-Hakke. *l. 8. pr. ff. de Inſtr. leg.* BOLIS Inſtrumentum nauticum, inveniendæ altitudinis ſive profunditatis maris, appenſô ad lineam plumbô ſeu etiam ferrô excogitatum, der Bleywurff / Belgis Loot: quo de *Act. XXVII. 28. verb.* qui & immittentes bolidem, invenerunt paſſûs viginti; & puſillum inde ſeparati, invenerunt paſſûs quindecim.

§. 10.

346. CACCABUS Inſtrumentum culinare ſeu coquinatorium, idque vas ſeu olla grandior, in qua pulmentarium coquitur. Ein feiner räumlicher Topff zum Zugemüſe. A græco κάκκαβος: Latini tamen alterum k plerumque omittunt. *Diſtat* ab Aheno, *cùm tractandi modô* quod non ſtatuitur, ſed appenditur ad uncum focarium, den Ketelhaken. *d. l. 18. §. 3. de Inſtr.*

*Inſtr. leg. tum materiâ*, quod non ex argilla modò, aut ære, ſed argento quoque fuerit. *l. 19. §. 12. ff. de Aur. & arg. leg.* † CALAMISTRUM Inſtrumentum eſt ornatorium, Chirurgis familiare & Comatoribus, quô in cinere calefactô capilli criſpantur, ein Kräuſel-Eiſen / unde Crinis calamiſtratus, auffgepufft Haar / Sed CALAMUS inſtrumentum ſcriptorium eſt, quondam ex arundine; nunc pennæ ſunt anſerinæ. † CALCAR inſtrumentum eſt equeſtre, calcibus aptari ſolitum, ſtimulꝰ ferreus ad equos inſtigandos inſtimulandos, ein Sporn: unde Subdere calcar equo, dem Pferd die Sporn (zu fühlen: per enallagen) geben / zwiſchen die Sporn nehmen. Peculiare inſuper ornamentum equeſtre, quô dignitatem Equitum auratorum adepti inſigniuntur, ac viciſſim demortuorum loculis imponuntur. Unde notes Clericos non decere: certè Calcaribus deauratis uti non debent. *c. Clerici officia. 15. de vit. & bon. Cler.* 347. 348.

† COELUM, inſtrumentum quô quidpiam cœlatur: γλυπτήριον. Plin. *Lib. XXXIII.* quô utuntur Argentarii dum vaſa ſculpunt; aut quô Sculptores aut Statuarii utuntur, in ligneis aut lapideis ſimulachris ſcalpendis. Hinc Quintilianus *Lib. II.* Cœlator cœlum deſiderat, & Pictor penicilla. Jedweder ſucht was ihm zukömmet und anſtändig iſt. Ein Grab- und Schröt-Eiſen / Außſticher / Grab-Meiſel. Unde iſtud Cœlô fabricata Myronis: pro eleganter elaborato. 349.

§. II.

CANCELLUS inſtrumentum domeſticum ligneum eſt, 350.
quod ex aſſulis per modica intervalla transverſim, inſtar retis invicem annexis conſtructum, ad defenſionem feneſtrarum, vel ad promiſcuum aditum præcludendum foribus, impoſitum habere ſolent: al. Clathrum. *l. 9. §. 1. ff. quod vi aut cl.* Quanquam frequentius numerô efferatur plurali. *l. 41. §. 10. de leg. 1.* Contineri autem inſtrumentô domûs, ex *l. 12. §. 26. de Inſtr. leg.* vide-

re eſt. CAPSELLÆ inſtrumenta ſunt domeſtica reconditoria, in quibus fructûs componuntur. *l. 12. §. 1. d. t.* Obſt eingelegt/ ꝛc.

§. 12.

351. CARBONES inſtrumentum Culinarium ſunt, v. *l. 3. §. 9. ff. de Pen. leg.* Opificiarium: De quibus conf. Klok. de Ærar. *L. 2. cap. II. n. 16. ſeqq.* Suntq; duum generum: *Nativi & Factitii:* Poſteriores hi è ligno, nulli alioquin uſui futuro, & quod à cæteris cernitur, von iederman ausgeſchürt/ coquuntur. Ut adeò ſylvarum vel tenus hac non exiguus ſit uſus: conf. Bornit. de Sufficient: Tr. 2. cap. XXIIX p. 110 de Opificiis ex ligno præparatoriis, ſecandi aſſeres, Bret oder Dielen ſchneiden/ carbones coquendi, Kohlen brennen / Picem radendi, Pechſcharren. *add. Plin. XIV. 21. & l. 167. ff. de V. S.*
352. † Dum ſarmenta, ſuperamenta, ſtirpes, radices, & quidquid in ſtrues commodè jungi ſe non patitur, ſich zu Claffter-Scheid nicht fügen wil / in acervum caminatur, wird in Meiler gebracht/ accenditur atque in carbones redigitur. De quorum natura & incorruptibilitate aliquid habet Cœl. Rhodig. *Lib. X. antiq. lect. cap. 10. circa f.* Unde diſcrimen ab uſu ſumi poteſt, vel *Igni* fovendo vel *finibus* regundis adhiberi ac terminales eſſe. Sed de eorundem præbitione & ſubvectione Tabor. *de Armis. cap. I. § 16. in f.*
353. † Prioris generis *foſſiles* ſunt, eorumque Magna Britannia ingentem fert copiam. In Epiſcopatu Dunelmenſi Dürham / Angliæ, ſuperant Incolarum uſum, ut Exteris communicare valeant. In ericetis Fifæ, ditionis Scotiæ, auff der Heyden/ in tanta effodiuntur abundantia, ut aliis magnam eorum vim divendant: Plura loca, in re per ſe nota, ſuperſedemus laudare: teſtabuntur Hiberni, quando Dublinenſes ſubinde carbonibus Anglicis foſſilibus utuntur, nec non Germani, qui ſuo quoque uſui aſportant.
354. † Sed neque illa Illorum omninò expers eſt, referente Zeilerô

*in*

*in deſcriptione Circulorum*, in quos ea diſtributa eſt: Lauenſteinii Ducatûs Brunſvico-Calembergici loco, fodinam eorum eſſe Stein-Kohlen-Bergkwergk zum Lauenſtein im Calenbergiſchen: Atque conſtat ex *l. 6. ff. de Jur. immun.* Jam olim carbones cœdere ac torrere ſolitos fuiſſe. conf. Plin. *Lib. XVI. cap. 6.* quod utique exaudies de carbonibus foſſilibus, circa quos occupantur non Kohlen-Brenner/ſed Kohlen-Gräber. An E. Metallariis accenſendi? Ob Steinkohlen unter das Metall zu rechnen? Wehner. in Conſil. Francon. LXXXIIX. Utrum Regalibus annumerandi? vid. Beſold. *1. Pol. IV. n. 39. verſ. 1.*

§. 13.

CARDUUS, lolium de cœtero, & inter Zizania; Fullonibus tamen pro inſtrumento neceſſario ſervit: inde carduus fullonum, Dipſacus Karten/Weber-Karten/ germanicè quoque dictus, ſo die Tuchmacher brauchen zum kardätſchen: de cujus uſu, jam Plinius ſcripſit *Lib. XX. cap. 21.* & *Lib. XXI. cap. 6.* conf. Coler. im Hauß-Buch vom Feld-und Acker-Bau. cap. von Karten. Conficitur à peculiaris opificii hominibus: de quibus *infrà. §.74. in Textore*: ex plurium conſtructione Inſtrumentum, quô panni rudes confricantur, Kardätſchen/ vocant. † CARRUS Inſtrumentum vectorium birotum, tranſportandi ſeu homines ſeu merces: aliàs etiam Ciſium.

355. 356.

§. 14.

CATADROMUS Hadr. Turnebo. *Lib. XXVII. adverſ. cap. 8. in f.* Funis eſt, qui ſummo theatro alligatus, declivis ad imum theatri pertinebat ſolum, defigebaturque: per quem deſcendere, maximi periculi & artis, atque adeò miraculi erat: à καταδρομέω decurro. Erit igitur inſtrumentum Funambulorum, ein groß Seyl/ worauff die Seyl-Täntzer von einem 357.

Thurm

358. **Thurm herunter fahren.** † Sed Alciato mendum hîc, atque metaphoram ſubeſſe videtur; quando *Lib. I. Parerg. cap. 20. circa fin.* ex Julio Polluce *Lib. IV. cap. 19.* oſtendit, Decurſionem gruis, καταδρόμον γεράνȣ ſic dictam, cùm ex ſublimi theatri parte per machinam quis delapſus, aliquem rapit & ſurſum ſecum aſportat: ut cùm Aurora Memnonem rapiebat; Jupiter Ganymedem; vel, cùm Diana Endymionem, & ſi qua ſimilia. † Sum-

359. ta igitur metaphora à gruibus, quæ in terram deſcendunt, ſubripiendi alicujus lapidis causâ; id quod citra periculum fieri non poteſt. Eſt igitur Catadromus, teſtè Vitruviô, Machinæ genus, qua Architecti utuntur ad ſublevanda vel demittenda onera: quaſi dicas Decurſorium gruis; à figura fortaſſis, quòd collum haberet extenſum, more gruis. Quales machinas etiam hodie videmus in maritimis emporiis ad exomeranda navigia accommodatas. **Der Gran.** Unde jus Geranii, quo de conſ. Mar-

360. quard. *de Jur. merc. ſing. L. 2. c. VI. n. 11.* † His præmiſſis Quær. ſi quis ſervo ſuo quem jam vendiderat, ante traditionem imperet, per catadronum deſcendere, & ex eo crus fregit: Ex mente quidem Pauli JCti, ea res ipſius periculô haud eſt, ſi ante venditionem quoque ſimilia ex imperato faciebat, aut ſervo etiam non vendito imperaturus erat: Forſan, quòd ſibi imputare debeat, qui à tali homine cujus ea eſt profeſſio, aliquid emat: quem ſcire poterat ac debebat, ſine hoc imperio atque exercitio vi-

361. tam trahere non poſſe. † Quod Labeo *Lib. II. Pithanon* minimè admittendum ait: Nam ſi periculoſam rem ante venditionem facere ſolitus eſt, culpa venditoris eſt, idem & poſt eam imponere; quam tamen prudens & diligens Paterfam. imperaturus ei ſervo non fuerit. *l. 54. pr. ff. de act. emt.* Bonam ſc. fidem debet emtori.

§. 15.

362. CATAPLASMA Inſtrumentum Chirurgicum vulnerarium,

um, vocant Medici Medicamenta ex ſtirpibus viridibus contuſis vel decoctis, non additô quidem oleô: quod ſecus fit in emplaſtris. Ein Pflaſter. Emplaſtrum autem ungventum eſt, eine Salbe. CATILLUS: pars molæ ſuperior; ſicut Meta inferior: Et, ſi ruſticis fundi operariis moleretur, inſtrumentô continetur. *l. 18. §. 5. de Inſtr. leg.* † CAUTERIA inſtrumen- 363.
ta ſunt (1) DOMESTICA; ſignandæ ſupellectilis, atque ſic ab aliena dignoſcendæ gratiâ, ein Brenn-Eiſen/ den Hölzernen Haußrath damit zuzeichnen. Solebant tamen Romani ſervis fugitivis ſtigma inurere, quo de Nos *in Tyrone cap. IX. n. 596. ſeqq.* quoniam videl. & ad Tyrones applicatum, Atque hodienum Stelliones fronte aut tergô inuri conſveverunt ein Brand-mahl/ ein Brand-Zeichen. conf. Höpink *de Jur. Inſign. cap.* 364.
*XIIX. n. 232.* † (2) Inſtrumentum MEDICUM Cauterium eſt, in ſpecie Chirurgicum, quô morbi aliquot inſanabiles & ulcera putrida exuruntur. Plin. *Lib. XXII. cap. 23.* Sub initium etiam, quum fonticulos ſtatuminare vellent, Fontanellen ſetzen: nunc remediô tolerabiliori utuntur. † (3) Inſtrumentum PICTO- 365.
RIUM *l. 17. pr. ff. de Inſtr. leg.* quô bituminationes & fortiores quæquæ conglutinationes concoquuntur; maximè in ea pictura quæ ἐγκαυςικὴ appellatur, quæ fit carbonibus inuſtis, reſolutis igne ceris. Καυςὸν enim Græci uſtum nuncupant. Plin. *Lib. XXXV. nat. hiſt. cap. 23.* Unde Encauſtice, ἐγκαυςικὴ die Kunſt allerhand ſubtile Bilder aus Glaß bey dem Feuer zu machen/ & Encauſtes, qui talì arte pollet. † Denique quod (4) Palladi- 366.
us Cauteres, ſeu Cauteria pro Inſtrumento ruſtico eſſe præcipit: cum primis coincidere puto.

§. 16.

CENTONES ſtragulæ genus, ſeu Vela ſunt, ex variis pan- 367.
nis conſuta, tomentoque conferta, in varium uſum adhiberi ſolita: ſuntque adeò (1) Inſtrumenta *domeſtica*, quæ cubantibus

inſterni ſolent perſonis vilioribus: Culcitræ familiæ Geſinde/ Betten. *l. 12. §. 18. ff. de Inſtr. leg.* Kotzen/Madratzgen: un-
368. de Culcitrarius ein Kotzenmacher. † Vel incendiis avertendis acetô madefacta, tectis imponebantur: Unde Siſennius *Lib. 3. Hiſtor.* Acetô madefactis centonibus imponuntur: Quare, non ita ineptè conjicere licet, in eadem lege exaudiri: poſtquàm &
369. in *d. l.* mox poſt Acetum ponuntur. † (2) Inſtrumenta *bellica*, quorum uſus apud Veteres in re militari erat frequentiſſimus, ad machinas obtegendas, ne tormentorum miſſilibus perfringerentur. Quod patet ex illo Cæſaris: Centonesque injecerunt, ne aut tela tormentis miſſa tabulationem perfringerent, aut ſa-
370. xa ex catupultis lateritium diſcuterent. *v. n. 376. b.* † Ita ſuperiori bellô Germanicô in quibusdam civitatibus obſidione cinctis, ad murorum protectionem ſaccos lanâ confarctos adpenderunt, qui tormentorum ictûs excipere & fatigare deberent. Atque etiamnum in præliis navalibus ejusmodi centones uſitati ſunt, quos vocant die Sturm-Kleider.

§. 17.

371. CERÆ Inſtrumenta Notariorum ſunt ſcriptoria: tabulæ nim. ceratæ, in quibus teſtamenta ſcribebantur. Sed in *l. 17. pr. ff. de Inſtr. leg.* Pictoris inſtrumento adnumerantur: Aliâ ſcil. figurâ & acceptione. CHARTA Inſtrumentum ſcriptorium in quo literæ pinguntur, atque explicantur ſcripturæ, ex *lino* contuſo factum: Fit quidem & ex *lana*, non tam ſcribendi quàm exſiccandi gratiâ, unde Saxo Trôgel-Dohk / Nos Lôſch-Pa-
372. pier / latinè charta traſmiſſoria. † Ab initio Chartarum non fuit uſus, ſed palmarum foliis primò ſcriptitatum; deinde quarundam arborum libris: (Borken/Rinden) unde Papyrus, quam veteres ex papyri arboris cortice & glutino præparabant; Cujus ſpecies, variaque nomina & præparandi rationem vide apud Plin. *Lib. XIII. cap. 11. 12. & 13.* Poſteà publica monumen-

ta

ta plumbeis voluminibus, mox & privata linteis confici cepta, aut ceris: ut paulò antè adfuit. † CHRYSOCOLLA, germ. 373.
Berg-Grün/Schiefer-Grün/ tam *Aurificibus* quàm Pictoribus pro inſtrumento; Illis quidem agglutinandi, His illuminandi, ſervit. Præmonendum autem, duplicis generis eſſe: *Nativam*, foſſilem ac metallicam. Humor eſt ſeu Limus, qui per venas auri aliorumque metallorum defluit, craſſeſcente humore rigoribus hybernis, uſque in duritiem pumicis. Per ſe plerumque arenæ ſimilis reperitur, vel metallis adhæret: & hanc appellant Luteam. Laudatiſſima eſt in metallis ærariis; proxima in argentariis; tertia in aurariis; deterrima in plumbariis. & † *Facti-* 374.
*tiam*: Et hæc in omnibus iis metallis fit curâ; multùm tamen infra naturalem, immiſſis videl. in venam aquis leviter hieme totâ, uſque in Junium menſem; Deinde ſiccatis in Junio & Julio; ut planè intelligatur Nihil aliud eſſe Chyſocollam, quàm venam putrem. Nativa autem ab hac multùm differt duritiâ. Tingitur equidem & hæc, ut ſc. veram mentiatur herba, quam Luteam Plinius, Luteum Vitruvius, & Lutum Virgilius vocant, quæ eſt Glaſtum Cæſari, & Iſatis nativa Dioſcoridi, germ. Waid. Gall. gvede, paſtel. Et hæc duo genera in uſu ſunt *Pictoribus*.
† Eſt autem & *tertium* Chryſocollæ genus, quod *Aurifices* ſibi
vendicant, ad glutinandum aurum, Unde & nomen accepit: Iti- 375.
dem *factitium*. Temperatur autem Cypriâ ærugine & pueri impuberis urinâ, additô nitrô. Latinè dicitur Santerna, in Officinis Boraß v. Plin. *Lib. XXXIV. cap.12.* quia ſcil. ſic Nitrum vocant Arabes, à quibus tamen Chryſocolla Tincar appellatur: vulgò Borraß/ womit die Goldſchmiede löten. vid. Dioſcorid. *Lib. V. cap. 36.* Galen. *Lib. IX. ſimpl. in f.* Vitruv. *Lib. VII. cap. 9.* Plin. *Lib. XXXIII. cap. 5. ibi*: Chryſocollam Artifices ſibi vendicant, agglutinando auro; & inde omnes appellatam utentes dicunt. Sic & κολᾷν. glutinare eſt.

§. 18.

376. CILICIA VELA Sic dicta, quòd in Cilicia eorum uſus
ortus eſſet: Inſtrumenta ſunt *nautica* de pilis caprarum texta,
contra ventum & pluvias. Quin & *militaria* eſſe ceperunt,
ad excipiendum impetum ſagittarum, ut Vegetius & Aſconius
habent *v. n.369.* Caſſius denique, quæ ideò parantur Ne ædificia
ventô vel pluviâ laborent, domeſtica facit inſtrumenta, referen-
377. te Ulpianô in *l. 12.* §. *17. de Inſtr. leg.* † CIRCINUS Inſtrumen-
tum mechanicum menſorium, è ligno vel metallo, ad æqualem
ſpatiorum dimenſionem conſtituendam vel inveniendam.
Germanus vocat einen Zirkel/ quod autem Latinis Circulus eſt,
Ille voculâ Kreiß/ exprimit. Sunt & Circuli Vietorium inſtru-
mentum, Doliis conſtringendis, quibus ligna ſalicta Reiff-
378. Stäbe/ neceſſaria ſunt. † COCHLEÆ nomen inter Artifi-
ces, uti metaphoricum eſt, à ſimilitudine teſtæ cochlearum,
der Schnekken/ ſumtum; Ita varii generis *tum* Corpora, v. g.
Scalas cochleatas, Wendel-Treppen/ à gyrando, & propius
ad rem, eine Schnekken/ *tum* inſtrumenta diverſonum opifi-
379. ciorum ejus figuræ, denotare aptum eſt. † (1) Igitur inſtru-
mentum eſt *Fabrile*; Sed apud Lignarios, denotat lignum ro-
tundum erectum, ſtrias habens paulatim in gyrum adſcenden-
tes, quod, dum vertitur, attolit trabem prœli aut demittit, die
Spindel in der Kelter/ oder einer jedweden Preſſen/ daran
man auff- und nieder ſchraubt. In *Torcularibus vinariis* u-
num eſt, in cæteris duplicatum: unde credo in numero plurali
380. effertur. † Per metonymiam partis hujus potioris, totum præ-
lum eo nomine ſignificatur, eine Preſſe/ quale nomen Typo-
graphis ac Bibliopegis peculiare eſt, eine Drukker-Preſſe/ ad
imprimendum. Eine Buchbinder-Preſſe/ ad comprimen-
tum. Sed Fabris lignariis die Schrauben/ ad elevandum &
381. ſuſtinendum ædes ruinoſas, allerley Hebzeug. † Hoc ubi a-
gunt

agunt Homines illi, nimium onerare ſuos Conductores ſolent, ac peculiaris honorarii prætextu, emungere pecuniâ, ut non pudeat, in ſingula cochlearum paria imperialem numum poſtulare, von jedem Geſetz Schrauben 1. Reichsthaler zu fodern/ atque adeò haud malè dicuntur Dominos torquere, den Bau-Herrn weidlich ſchrauben. † Quorundum igitur locorum ſtatutis tolerabiles, & vel quartâ parte contenti eſſe jubentur. *Artic. Fabr. tign. Ciz. XII. in fin.* Iſt verbohten/ die Bau-Herrn mit der Schrauben- und Klöben-Arbeit nicht zu überſetzen/ und von einem Satz Schrauben mehr nicht als fünff biß ſechs Groſchen zunehmen. Eſt denique in *Architectura* Cochlea etiam organon hauſtorium, ad aquam educendum, vulgo eine Pompe/ ut in Fontibus ſubterraneis die da nicht zu Tage außgehen/ in rebus Metallicis, in Navibus uſitatum eſt. † (2) Fabris *metallicis* cochlea eſt der Schraub-Stokk/ quâ utuntur Serarii, Zonarii, Cultrarii: quibus tamen invicem diſputatio intercedit, & qui manubria fabricant, die Meſſer-Beſchaler / his qui mucrones cudunt Klingen Schmieden/ contradicunt; ut *ſuô* notabimus *locô, cap. IX. §. 4.* 382. 383.

§. 19.

COCHLEAR inſtrumentum quo cochleæ & alia hujusmodi veſcendo ſumuntur: atque adeò inſtrumentum Menſæ, ac *minus* quidem eſt, ein Tiſchlöffel/ vel Eyer-müllchen/ *Majus* autem cocinatorium eſt (quod vocab. eſt in *l. 19. §. 12. de Aur. & arg. leg.* quô Cocus in culina utitur, atq; eſculenta ex ollis & ahenis eximit, vel inter coquendũ tractat. ein Koch-Löffel/ Rühr-Löffel. Sunt, qui cum Martiali à forma ovali, & cochleæ margaritiferæ ſimilitudine dictum putant. † COCULA inſtrumentum culinare ſunt; ſed alii per vaſa ænea coctionibus apta, explicant: Alii & meò quidem judiciò rectiꝰ cum Feſto, Ligna dicunt minuta, quibus facilè decoquuntur obſonia; qualiter piſcibus coquendis aptari curamus, Fiſch-Holtz. Unde Faſcem cocularium 384. 385.

vocare poſſumus id, quod Galli Pariſienſes vocant une Couree.
386. † COLLYRIA in inſtrumento Medici eſſe Caſſius ſcribit. *l. 18. §. 10. ff. de Inſtr. leg.* Eſt autem medicamentum externum, & quidem oculorum. Horat. *1. Serm. Sat. 4.*

His oculis ego nigra meis collyria lippus
illinere.

Sed in cura Equorum & Boum, alvo etiam ſubjicitur innerlich gebraucht/ ut Autor eſt Columella, dum *Lib. VI. cap. 6.* Scribit: Salis ſextas cum decem cepis conteritur, & admiſtô melle decoctô, collyria immittuntur, atque ita citatus bos agetur.

§. 20.

387. COLORES appellantur ipſa pigmenta, quibus Pictores rerum imagines illuminant: Cujusmodi ſunt Cretula, Purpuriſſum, Ceruleum, Auripigmentum, Ceruſſa, Sinopis & ſimilia. Sunt autem Colores aut Auſteri aut Floridi: utrumque Naturâ aut miſturâ evenit. Floridi ſunt, quos Dominus pingenti præſtat: Minium Armenium, Cinnabaris &c. Plin. *Lib. XXXV. cap. 6.* Colores inſtrumenta Pictoriæ eſſe, Mæcianus habet *l. 17. pr. de Inſtrum. leg.*
388. † CONCHA, Beluæ marinæ genus, quæ margaritas parit: apud mare rubrum & creſcit & coaleſcit. *l. 19. §. 18. de Aur. & Arg. leg.* Illarum teſtæ Inſtrumenta h. e. vaſcula Pictoria ſunt. *l. 17. pr. d. Inſtr. leg.*
389. † CONTUS inſtrumentum nauticum ligneum, teres oblongum eſt; Pertica unô verbô; notis diſtantiæ inſignitum, habens ferrum in capite quô Nautæ in locis vadoſis, navibusque minoribus profunditatem Maris explorant, ad loca navibus pervia quærenda: aliàs etiam Haſta, ein Stahke / Gehrde. Unde Exploratorem oportet proclamare modos, v. g. Elen fůf / vel Elen ſôß / aut Buſſer Gehrd / prout invenerit.

§. 21.

390. CORBIS Inſtrumentum (1.) *Domeſticum* eſt, vimineum, vaſculum alicujus rei recipiendæ geſtandæque: Sunt vel mino-

res

res ac *manuales* Hand-Körblein/vel *Dorſuales*, Trag-Körb. In ſpecie Pabulatoria, ruſticum inſtrumentum eſt, Futter-Korb/ Sprau-Korb. Græcè quidem κόφινος, ſed Latinorum Cophinus eſt Germanorum Kober/ differens à corbe Materiâ, quòd non ex viminibus aus Weiden Zähnlein geflochten/ſed & libro, aus Paſt/ & Subjectô utente, quia marium eſt, ut Corbis fœminarum. † (2) *Ruſticum*, in ſpecie Meſſori- 391.
um: Olim enim ſpicas demeſſas in corbes conjiciebant, atque ita in areas ferebant, teſte Varrone: forſan Flechten/unde Cicero corbis Meſſoriæ meminit, quando *pro Seſtio*: Meſſoriâ inquit, ſe corbe contexit. Ac Ceres excogitaſſe perhibetur: Et Ulpianus cogendorum fructuum Inſtrumentum ait. *l. 8. in f. pr. de Inſtr. leg.* Sed & metiendi: quod Ulpianus *l. 1. §. 4. ff. de Peric. & comm. rei vend.* innuit, Per Corbem menſuram facere conſulens: quanquam Gotofredus ib. mihi lit. K. & L. per Jocum & facetias agere ſcribat: tanquam vimineum inſtrumentum nihil ad liquida. Sed quid ſi vinum pendens, h. e. uvas intelligat, juxta illud Plaut. Trinum.

Tum vinum priusquam coactum eſt, pendet putidum,

conf. Adr. Turneb. *1. Adverſ. 1.* Qui idem JCtis per Corbem metiri ait, quod Philologis per hoſtam. *VII. 23.* aptius quàm per Fictilia, quæ ſæpius tranctando frangerentur. † (3) Inter *na-* 392.
*valia* inſtrumenta numeratur. Eſt enim vas, quod in ſummitate mali ſuſpenditur, unde & longiuſculè diſſita proſpici, & tela è ſuperiori loco in hoſtium naves conjici poterant. Der Maſt-Korb. † CORNUA inſtrumenta ſunt *Muſica*, unde Cornicines & Cornicularii Zinken-Bläſer; vel ſanè qui ſigna dant alicujus rei, ut Vigiles nocturni cornu inflatô denunciant horas, Horn-Bläſer/ alicubi Horn-Träger. conf Cothman. *v. 2. R. XLVII. n. 56. & 58. pag. 390.* Ut & *Venatoria*, quô canes inflam-

flammantur, minutô Jäger-Horn/ ſed magnum das groſſe Wald-Horn/ quô receptus plerumque canitur.

§. 22.

393. CRETA Medicorum, Albariorum, Fullonum autem præcipuê inſtrumentum eſt; dictum vel à *Creta Inſula*, in qua optima provenit; vel à *creſcendo*, quoniam proprietas ejus eſt, ut macerando creſcat, aufquillet/ quod inprimis *Umbricæ* accidit, quam vocant ſaxum, quæ non niſi veſtibus poliendis adhibebatur, iisque duntaxat candidis. Erant & *Cimoliæ* cretæ duo genera, Candidum unum, & alterum ad purpuriſſum inclinans; utrumque Veſtibus aptum. Hâc Medici adverſum morbos u-
394. tuntur. † CRIBRUM inſtrumentum œconomicum eſt, partim *ruſticum*, ad purgandum àb aceribus & appluda frumentum, in horreis uſitatum, germ. ein Raiter oder Rädder/ vulgo etiam Ridder. Diverſam tamen à cribro loliario Korn-Rolle/ Saxonibus, Korn-Säbe. Partim *Molitorium*, in ſpecie Farinarium, Pollinarium, zum ſchönen Mehl. Et quoniam è ſetis equinis confici ſolent, ut pollinem ſc. eò transmittant rariorem, deſto klårer/ Setaeca quoque dicuntur, Haar-
395. Siebe. † Cujus generis ſunt & *Aromatariorum*, Cribra rara dicta, kleine enge Würtz-Siebchen: cùm cœtera ex libri ſegminibus, aus ſchmalen Schmitzchen Paſt / fieri ſoleant. Ut jam taceamus, ad uniones in ſuos gradûs ſecernendos, per cribra in foramina majora & minora pertuſa, adhiberi ſolere.

§. 23.

396. CUCUMA, genus vaſis, modò ex ære, modò ex argilla fieri ſolitum; Aquæ calefaciendæ idoneum, atque adeò inſtrumentum *coquinatorium*. CRATICULA inſtrumentum ferreum eſt, itidem *coquinatiorium*, ex teretibus ferramentis con-
397. ſtructm, in quo cibi torrentur, ein Roſt. † CUCURBITULA inſtrumentum eſt chirurgicum, ſeu mavis *Balneatorium* zum

Schröpf-

Schröpffen/ ex ære, ſeu vitro; quondam & cornea fuiſſe legitur; ſangvinis extrahendi gratiâ inventum, unde & Ventoſen/ dicuntur, volgo Bade-Köpff. Neque enim quidque ſub initium in ea eſt perfectione, etiam quantum ad materiam oportunam, atque temporis ſucceſſu ipſi ſuperadditur. Nam ab initio prima hujus generis iſtrumena ex cucurbitis facta fuiſſe fatentur.

§. 24.

CULTER ut varii eſt uſûs, Pungendi, Secandi, Scalpen- 398.
di, zum Stechen/ Schneiden und Schaben/ Ita variarum artium ac profeſſionum inſtrumentum eſt; etiam hominis occidendi. Unde armamentum Inſidioſum ac mortiferum dicitur. Ein mäuchelisch/ mördlich Gewehr/ vel quæ odioſa appellatio alia eſt; in tantum, ut prohibitis armis, credatur & ille notatus: quod Judicis tamen arbitrio relinquit Maſcardus *de Probat. concl. 97. n. 20. vol. 1.* Sic † (1) ALUTARIORUM in- 399.
ſtrumentum eſt Scalprum, ein Schab-Meſſer bey denen Weißgärbern. (2) Ciborum ſecandorum, Brodt-auch Trenſchir-Meſſer. Utrum autem ex geſtatione cultri præſumatur animus occidendi? ſicut inferunt aliqui ex Weichbild. *art. 83. fin.* vid. Beſold & Wehner. voce Meſſer. † (3) CHIRUR- 400.
GORUM utriusque generis, Balbirer und Bader/ Culter tonſorius, Novacula dicitur, quòd acies ſubinde, etiam inter operandum renovanda ſit. ein Scheer-Meſſer / ſo immer muß abgeſtrichen werden/ zu welchem Ende ſie den Riemen ſtets müſſen an ſich hangen haben. Aliud item, quô carnem putrefactam vel oſſa vitioſa excidunt. † (3) COQUORUM; 401.
quos in ſignum opificii quondam cultrò appenſò inceſſiſſe oportuit, unde agnoſci voluerunt, utcunque artis ſpecimina edere nequiverint; unde dicteria in eos jacta: Multi Thyrſigeri, pauci Bachi: Multi qui boves ſtimulant, pauci aratores. Poëticè:

Qui tauros ſtimulant, multi; ſed paucus Arator;
Plures Thriobolos, paucos eſt cernere Vates. Germ.
402. Es ſeind nicht alle Köch/ die lange Meſſer tragen. † (4)
LANIORUM. Paulô JCtò in *l. 18. pr. ff. de Inſtr. leg.* autore.
Atque eſt alioquin Coquos inter & Lanios ea affinitas, ut laniando carnem antè faciant; ac Lanii duas invicem conſtituant familias; Eorum qui negotiantur in carnibus, publicè in macello divendentes, Knochen-Hauer; & Miniſteriales, qui operam Patribus fam. privatim, & conviviis publicis locant, Popinam publicam die Garküche/ conducunt, Hauß-Schlachter / Gar-
403. brater: ut in civitatibus maritimus uſu venit. (5) LIBRARIORUM: quos, ſi exaudias Bibliopegas, Orbis erit, quo extremitates & limbum chartarum reſecant, der Buchbinder Scheibe. Sin Scribas ac Notarios, libris deſcribendis vacantes, Scalprum iis damus, das Feder-Meſſer/ quô calamum ad ſcribendum aptant; aut ad eradendas lituras, das Radier-Meſſerlein. Cui tamen plerumque ſtudent, qui præ aliis vi-
404. tioſè ſcribunt: aut Stelliones denique & Falſarii. † (6) MESSORUM: de quibus Mox ſeorſim. (7) SCULPTORUM atque ScriniariorumScalprum exciſorium, das Schnitze-Meſſer und Meiſſel. (8) SUTORUM Scalprum ſutorium, majus, der Schuſter Werk-Meſſer/ & minus, ſecula der Kneifft. Gallicè Trenchet de cordonnier. (9) VENATORUM: culter venatorius der Hirſchfänger / das Weide Meſſer. (10) VIETORUM, das Schnitz- und Bind-Meſſer / de quo *infrà* dicendi recurret occaſio. (11) VINITORUM, die Hippe.

§. 25.

405. Enimverò, id prætereundum haud videtur, Cultros à figura externa, vel *rectos* eſſe: de quibus hactenus: vel inflexos: & viciſſim vel extrorſum habentes aciem, vel introrſum: utroſque *Falces* dicimus; ſed innuendi diſcriminis cauſâ, cum appo-

ſito

ſito. *Prioris* generis vel *bellicum* inſtrumentum eſt, vel *paganicum*; iſtud oblongum, hoc orbiculare, ut Bibliopegarum, de quo jam *ſup.* Caſtrenſe, vel ſecandi eſt, adeoque proprié ſic dictum: vel eximendi, atque adeo metaphoricè. † *Illud* Enſis falcatus, 406.
ein Türkiſcher Sebel/ oder krummer Bauers-Plötz/ Schwäbiſche Bräxen. *Hoc* machina bellica, quæ aduncô præfigebatur ferrô: ſic dicta, quòd incurvata eſſet ad ſimilitudinem falcis, ut ex muris lapides extraherentur; fermè ut noſtri Feuerhaken/ Cæſar. *L. 3. bell. Gall.* Una erat magno uſui res præparata à noſtris, Falces præacutæ, inſertæ affixæque longuriis, non abſimili formâ muralium falcium. † *Poſterioris* gene- 407.
ris ferramentum, eſt aduncum, quô ſegetes & herbæ ſecantur, arbores ac vites putantur: eſtque adeò inſtrumentum œconomicum, in ſpecie ruſticum, cujus varia enumerantur genera à Catone, *cap. 110. & 111.* Sunt enim falces quædam (1) ARBORARIÆ ad reſecanda aranea, eine Raup-Schere. † (2) 408.
*Fœnaria, l. 8. pr. de Inſtr. leg.* ſeu Fœniſeca: eaque duplex, *Major* eine Senſe / Saxonibus, eine Seißel / *Minor*, ſecula acie rectâ ſeu planâ, graminis ſecandi, eine Graſe-Sichel. (3) *Meſſoria, l. 8. pr. Inſtr. leg.* Atque hæc iterum duplex, major, itidem eine Senſe / quâ hordeum vel avena ſecatur; & minor, ſecula dentata, eine Erndte-Sichel / pro tritico & ſiligine. Lutherus *in Apocal. XIV. 15. ſeqq.* reddit eine Hippen. Unde Faber Falcarius ein Sichel-Schmidt. † (4) *Putatoriam*, quæ & ad in- 409.
ſerendum & putandum apta eſt, zum Pfropffen und Außſchnetteln. *l. 8. pr. ff. de Inſtr. leg.* (5.) *Ruſcaria.* Runcinam puto, inſtrumentum Hortulanorum, vepribus reſecandis aptum, ein ſolch Inſtrument / da man die Dornen in den Gärten mit abſtößt und gleich macht / eine Dorn-Schere oder Zaun-Schrape / à Ruſco, herba ſeu planta, aut humili frutice, quæ & myrtus ſilveſtris, Germanis, Brüſch / Kehr-
 Beſem /

Beſem/ ſcharffer Mäuß-Dorn/ ſcharffer Myrthus dicitur. (6) *Stramentaria*, eine Futter-Klinge / unde Falcarius,
410. ein Futter-Schneider. † Referas huc (7) Falculam *Sutoriam*, ob figuræ ſcil. ſimilitudinem; quam inter utentes jam ſupretulimus. Et denique (8) Vinitoriam ſeu Vineatoriam, Räb-
411. Meſſer/ Schnitt-Hippe/ Winzer-Meſſer. † Partes ſunt Capulum, der Stiel/ Griff/ Hefft/ & culter ipſe, die Klinge. Hujus autem Regiones, Sinus, die Krümme/ Scalprum, pars ſinui proxima, die Schabe/ Roſtrum, quæ pars eſt adunca, der Schnabel/ ſecuris & Mucro, die Spitze. vid. Columell. *Lib. IV. cap.* 25.

§. 26.

412. CUPÆ Vaſa ſunt vinaria majora, in quibus vinum in apotheca conditum ſervabatur: Inſtrumentum ergò ruſticum; unde eſt, quòd ſæpe Cuparum fiat mentio ap. rei ruſticæ Scriptores. Cui convenienter Germanus quoque vocat eine Kufe/ Non dixerim tamen Inde derivari: quia aliud eſt *conſonantia* vocum in diverſis Lingvis, aliud *derivatio*. Nec enim credendum, tantam vocum omnium diſcrepantiam in illa Bayloniorum confuſione lingvarum extitiſſe, ut nulla planè ſimilitudo ſupereſſet.
413. † Meminerunt horum vaſorum & JCti Scævola, in *l.* 93. §. 4. *de leg.* 3. *ibi*: Vaſa vinaria, id eſt Cuppæ, dolia, quæ in cella defixa ſunt. Ulpianus *l.* 8. *in fine pr. ff. de Inſtr. leg.* ubi exſertim inſtrumentis fructuum conſervandorum gratiâ confectis annumerat: ubi Gotofredum *mihi lit. N.* & prolixius *ad l.* 206. *mihi lit. G.* addes. Obiter hoc addo, ſcribi per P ſimplex & duplicatum; ut in *d. l.* 93. Cupellæ ſeu Cuppulæ, deminutivum ſunt.

§. 27.

414. DECEMPEDA Inſtrumenrum Agrimenſorum vel etiam Fabrorum: Regula ſcil. ſeu pertica decem pedum, qua terra menſuratur & fabricæ menſura colligitur, eine Meß-Ruthe/ Meß-

Meß-Stange / unde Decempedator, Atifex qui eo genere menſuræ utitur. Niſi Ciceroni eſt invectivum; quando *XIII. Philipp.* L. Antonium Decempedatorem vocat; quòd amicus illius Saxa, peritus Metator & callidus, Urbem decempedâ ſuâ jam diviſerat: ut eſt *in XVII. Philip.* † DOLABRA Pleriſque germa- 415.
nicè redditur Ein Hobel; inducti forſan illo Columellæ. *Lib. III.* quæ falce amputari non poſſunt, acutâ dolabrâ abradito: tanquam oſtendat proceſſum complanandi, de inſtrumento rudiori ad ſubtilius; ut inde ſit Dedolare, abhobeln / abſchlichten. Enimverò, quid eſt, quòd Paulus JCtus Lib. ſingulari de officio Præfecti Vigilum, Sciendum eſt, inquit, Præfectum Vigilum per totam noctem vigilare debere, & coërrare calceatum, cum hamis & Dolabris? † An quibus errones nocturnos tu- 416.
multuantes dedolet? Quid porrò eundem JCtum movit, ut librô ſecundô ad Vitellium, Dolabras etiam Lanionum inſtrumentis reliquerit? *l. 18. pr. de Inſtr. leg.* An quibus ſordes carnium menſæ adhærentes abradant? Belgæ nim. Dolabram dicunt ein Schave / à ſcalpendo. Ita verò brevi lignum omne imminuerent. Cur non lavari juſſit ac pannis abſtergi protritis? Sunt igitur, qui Dolabrum neutro genere, peculiare inſtrumentum accipiunt, per quod ignis, vel flamma in tignis recepta quaſi dolando abraditur ne progrediatur. Sed citra adplauſum Grammaticorum.

§. 28.

Credo itaque *Dolabræ* nomen generale eſſe, ac primariò 417.
*aſciam* denotare Fabrorum, eine Zimmer-Axt / Tales enim in civitatibus benè ordinatis per Conſtitutiones incendiorum, Feuer-Ordnung / ſolent Præfecto vigilum adjuncti eſſe: An die Bau-Herrn gewieſen / von denſelben Ordre einzuholen. † Juſtinianus ſanè Imperator in ſua *Nov. XIII. cap. 5.* Præ- 418.
tori Populi, quem in vicem Præfecti vigilum, contemptim haberi


beri

beri cepti ſurrogavit, viginti milites, ac triginta Matricarios dedit aſſiſtentes; qui ſint quaſi Materiarii, unde *ξυλεργοὶ*, à materia, aut potius materiatura, Vitruvii *L. IV. c. 2. Verbô*! Zimmerleut/quos Senatus Lipſienſis, in ſua de incendiis Ordinatione, peculiari deſuper mandatô inſtructos eſſe ait. † Nos explicabi-
419. mus ſtylô noſtrô Feuer-Knechte/ quorum Senatus oppidanus heic loci triginta ſex conſtitutos, atq; certo Collegio incorporatos habere ſolet, juramentô adſtrictos, ut datô ſignô, (quod per diu Vexillum rubrum eſt, noctu autem laterna de turri ſuſpenſa, & pulſus campanæ,) accurrant lictis omnibus negotiis, portantes cupas aquâ plenas, quas jugi in ſuis domibus paratas oportet habere, aut ſi quod vitium defectumve, luſtrantes invicem deprehenderint, mulctare licet: Siphones: Scalas & ferramenta alia negotia neceſſaria, per quæ poſſent de pariete in parietem, de tecto in tectum tranſire, & ita incendium extingvere. † His
420. jungunt ſe Fabri lignarii, manûs porrigentes auxiliares, in retegendis domibus, perforandis parietibus: in quem uſum haud ſuffecerit Dolabra menſulariorum, ein Hobel/ ſed aſcia Fabrorum. Non negaverim tamen, *eandem vocem* aliquando *pluribus rebus ſignificandis* inſervire cepiſſe; ac debuiſſe utique, rebus in tot genera, formas, gradûs multiplicatis: ut citra abſurditatem Dolabra ſignificet ein Beyel/ groben Hobel der Zimmerleute. Dolabella, eine Parten/ einen ſaubern Tiſchler Hobel. † Sic tamen, ut cautionem adhibeamus in legendis
421. Autoribus, atque *pro ſubſtrata materia* exaudiamus quod cuique congruum eſt, juxta illud: Talia ſunt prædicata, qualia permittuntur eſſe à ſuis ſubjectis. Unde nil vetat, Dolabram, Laniis ubi datur, Aſciam eſſe pecorum majorum feriendorum, eine Axt zum Rind-Vieh/ aut ſecurim carnis ſecandæ ein Fleiſch-Beyel zum Auffhauen.

§. 29. DO-

§. 29.

DOLIA Speuſippi inventum, inſtrumentum ſunt œconomicum, fructuum conſervandorum, *l. 8. pr. ver. conſervandi. ff. de Inſtr. leg.* Vaſa videl. ventricoſa, capacia, vino præcipuè, aliis tamen etiam rebus condendis apta; modò è ligno, modò è terra, vel metallo etiam, conflata atque compoſita, ut fictilia, item plumbea. *l. 26. pr. d. t.* Unde Doliarius, ſubaudiendo Artifex, ein Faß-Binder / Bötticher / Küffer. † Paulus equidem Librô quartô ad Sabinum, Loci mage quàm inſtrumenta ſtatuere videtur. *l. 13. pr. eod.* Cui adſtipulatur Pomponius Librô pimô Fideicommiſſorum, Cùm fundus, inquiens, ſine inſtrumento legatus ſit, Dolia, molæ olivariæ & prælum, & quæcunque infixa, inædificataque ſunt, fundò legatò contineri *l. 21. pr. ibid.* Nec non Javolenus Librô quintô ex poſterioribus Labeonis, Dolia inquit fictilia, item plumbea quibus terra adgeſta eſt, & in his viridaria poſita, Blumen-Aeſche / Garten-Kübel / ædium eſſe, Labeo, Trebatius putant. *l. 26. pr. de inſtr. leg.* Ut adeò perperam hîc tractari putes. † At enim, ut Dolia vino ſervando præcipuè idonea ſunt, & ab antiquis in eum uſum habebantur; ita potiſſimùm quoque Fictilia intelliguntur, quæ in cellis vinariis ſervabant, ac ſi duabus auribus eſſent, ſeu anſis Griffen / Diotas dicebant, atque loco quaſi deſtinatas; In tantum, ut vinô cum vaſis legatô, Dolia legata non viderentur, quia ſcil. vinum eâ mente in dolia condimus, ut ex his poſteà in amphoras vel cados diffundamus zerziehen: quod inde *vinum diffuſum* nominatur. † Vinaria autem vaſa, teſte Julianô, Librô ſextô ex Minicio, propriè vaſa torcularia eſſe placet. Dolia autem & Serias, tamdiu in ea cauſa eſſe, quamdiu vinum haberent. Cùm vero ſine vino eſſe deſinerent, in eo numero non eſſe; quoniam ad alium uſum transferri poſſent. Veluti ſi frumentum in his addatur. *l. 206. de V. S.* † Unde Ulpianus quoque

422. 423. 424. 425. 426.

que putat: Fundi, vel domûs Inſtrumentô contineri. *l. 15. §. 6. ff. de uſufr.* Non ergo pars erunt! quæ duo diverſa eſſe diximus *cap. IV. §. 3. ſeqq.* Sic & pro viridariis inſerviunt. Et loci erunt tum, cùm perpetui uſûs causâ fuerint poſita. *vid. l. 26. pr. de inſtr. leg.* Erit igitur Quæſtio voluntatis, quæ pendeat à deſtinatione Patrisfam. Hoc denique ex Ulpiani Lib. trigeſimo ſecundo ad Edictum diſcimus, Locatorem Conductori præbere debere, *l. 19. §. 2. ff. Loc.* † DOLON inſtrumentum nauticum velificatorium, inter vela minimum, ad proram defixum. Der Blinde.

§. 30.

427. EMPLASTRUM, Ungventum, Medici inſtrumentum, eine Salbe. EPHIPPIUM inſtrumentum equeſtre, ſternendis equis eò inductum, ut tam Seſſor commodius ſedeat quam equus ipſe minori cum incommodo portet. Stragulum ſive ſella quæ equis imponitur, eine Roß-Decke/ Sattel: idque duplex, prout equorum diverſus eſt uſus: equitandi ein Reit-Sattel/ aut jugô trahendi, quæ propter jugum equis curulibus imponitur, ein Kårners Sattel. Eligat nunc bos, utrum optet; in illo Horatii *Lib. I. epiſt. 14.*

Optat ephippia bos piger: optat arare caballus. †

428. FERRAMENTA dicuntur equidem inſtrumenta ferrea quibus Fabri utuntur, quorum aliàs eſt, Ferrô in ferro operari. Enimverò generale nomen eſt, ad quemvis operandi uſum applicari ſolitum: allerley eiſerne Rüſtung und Werkzeug: quò ſenſu Cicero *Lib. I. de Nat. Deor.* ſcribit: Quæ molitio, quæ ferramenta, qui vectes Heb-Båume/Waltzen/ quæ machinæ, qui miniſtri tanti muneris fuerunt? Hinc ferramentarius Faber, ferramentorum confector. Neſcio, an ſatis commodè ſic latinè exprimaturis, quem Vietores ſeu Doliarii dicunt den Bank-

429. richter. † Sic ferramenta Carnis laniandæ, Schlachtzeig/ Fleiſcher

Fleiſcher Handwercks-Zeig/Paulus *l. 18. pr. de Inſtr. leg.* & de Fabrilibus inſtrumentis *Lib. 1. epiſt. I. verſ. 85.* Horatius utitur. Cicero in *I. Catilin.* pro Gladiis: Cathegus dixit, ſe bonorum ferramentorum ſtudioſum eſſe. Livius *Lib. I. cap. 40.* Ferramenta pro Securibus: unde gladios, ſicas, lanceas, haſtas, pila, aliaque hujus generis tela vel ferro præfixa ſignificant. Soldaten-Kriegs-Rüſtung. † Cœſar de iis quibus terra foditur, & ceſpes ceditur. *Lib. V. de bell. Gall. cap. 42.* Garten-Rüſtung. Sic 430.
Columella *L. III. de Re Ruſt.* Nonnunquam etiam quum frondere cœperint arbores, cacumina fici acutiſſimô ferramentô ſumma amputare prodeſt. Ferramenta Tonſoria, Martialis dixit; & Apulejus *Florid. II.* Nec radiô, nec ſubulâ, nec limâ, nec tornô, nec id genus ferramentis uti. † Addere liceat ultimô locô Ferramentum lunatum Salgamariorum, eine Kraut-Scharpe/ quod Columella *Lib. XII. cap. 54.* deſcribit illo commate: Raporum quàm rotuntiſſima ſumito, eaque ſi ſint lutoſa detergito, & ſummam cutem novaculâ decerpito: deinde, ſicut conſueverant Salgamarii, decuſſatim ferramentô lunato incidito. † FERRUMEN quoddam quaſi gluten; junctura ſeu ligatura eſt, quâ metalla ſive etiam aliæ res conſolidari ſolent: germ. Löt. *v. l. 27. §. 2. ff. de A. R. D.* unde Ferruminare Löten/ actus ipſe Ferruminatio: qua de Pomponius JCtus *d. l. 27. pr.* ait: Si tuum Scyphum alienô plumbô plumbaveris, argentô ferruminaveris, non dubitatur Tuum Scyphum eſſe. † Quanquam inter utrumque Paulus JCtus Lib. XXI. ad Edictum, *diſcrimen* & quoad *materiam*, & quoad *effectum* conſtituit. Si Statuæ, inquiens, ſuæ ferruminatione junctum ſit brachium, unitate majoris partis conſumi; & quod ſemel alienum factum ſit, etiamſi inde abruptum ſit, redire ad priorem Dominum non poſſe. Non idem in eo quod adplumbatum ſit:

431.
432.
433.

Quia *Ferruminatio* per eandem materiam facit confuſionem; *Plumbatura* non idem efficit. *l. 23. §. 5. ff. de R. V.*

§. 31.

434. FISTULA Inſtrumentum muſicum eſt, quô flatu canitur; Panis inventum: autore Pliniô *Lib. VII. cap. 56.* dicta ad ſimilitudinem Fiſtulæ, canalis ſeu tubi; per quam aqua educitur fuſa, à fundendo. Sed fiſtulæ & canales & crateres & ſi qua ſunt alia ad aquas ſaliendos neceſſaria, item Serræ & claves; magis domûs portio quam domûs inſtrumentum ſunt. *l. 12. §. 24. de*
435. *Inſtr. leg.* † FLAGELLUM deminutivum Flagri eſt, eine Spitz-Ruthe / Gerte / Geiſſel / Peitzſche / inſtrumentum equeſtre, quo aurigæ ad ſtimulandum equos utuntur. Atque uti omninô verum eſt illud Salomonis *Proverb. XXVI. 3.* Flagellum equo, & camus aſino, & virga in dorſo imprudentium: & *Syracid. XXXIII. 25.* Cibaria & virga & onus aſino. Ita non prudenter minus quàm æquiſſimè Conſtantinus Imperator in *l. 1. C. de Curſ. publ. Lib. XII. 51.* Equos qui publico curſui deputati ſunt, non lignis vel fuſtibus, ſed flagellis tantùm agitari decre-
436. vit. † FOENUM inſtrumentum fundi, ut cibaria Heu zur Fütterung. *l. 12. §. 10. de Inſtr. leg.*

§. 32.

437. FOLLIS coriaceum inſtrumentum officinarum, tam *fabrilium* quàm *metallicarum* in genere eſt; quô ad excitandum ignem aër ſubinde extrorſum atrahitur atque introrſum foco & carbonibus immittitur: hinc Livio Follis fabrilis, ein Blaſebalg: Quanquam & *muſicis* inſtrumentis illis quæ inflando exercentur, ſerviat pro parte integrante, Orgeln / Regalen /
438. Poſitiven. † Anacharſis inveniſſe perhibetur Straboni *Lib. II. Geogr.* Eſtque duum generum, *Minus* atque *Majus*: Prius iſtud manuale, ſejunctum ſeu per ſe ſubſiſtens, Culinare eſt, ut ne ignem focarium buccis inſufflare ſit neceſſum: atque imò non

non tædioſum modò, ſed nocivum etiam, ſi fumus atque cineres faucibus attrahantur, ignis autem oculos adurat. Quales olim dicebantur Suffitores, Füerböters/Saxonibus; forſan nobis Aſchebrödel. † Prius contrà ſemper adfixum, ſeu Furno, 439.
der Schmied-Eſſen/ ſeu corpori muſico aliive principali.

§. 33.

FORCEPS, Item forcipes, quaſi ferrum ad capiendum ac 440.
prehendendum, videl. prunas. Aut quaſi Forvicapes: ab antiquo forva; tanquam forva ſeu quæ calida ſunt, capiamas eâ. Inſtrumentum itidem ferreum, cùm domeſticum, tum fabrile: ad innoxiè capiendum tractandumque quidquid candet; ferrum, prunas, titiones. Eine Feuer-Zange. † Cujus ut vectis, in- 441.
cudis atque æris, Cinyra Cyprius, Agriopæ filius, Plinio *Lib. VII. cap. 56.* teſte, autor eſt atque Inventor. A quo tamen Solinus quantum ad æris inventionem, diſcrepat, cùm de Creta loquitur. vid. Polyd. Vergil. *Lib. 2. II. de Rer. invend. cap. 19. p. m. 172.* Nim. poſſunt ejusdem rei diverſi Inventores diverſis locis fuiſſe, aut certè alter alterius inventum excoluiſſe, vel aliquò introduxiſſe. † Cœterùm, meminerunt ejus inſtrumenti Poëtæ ſub ele- 442.
gantibus epithetis, à forma vel effectu ſumtis. Curvam vocat Ovidius *Lib. XII. Metamor.*

> Terribilem ſtridore ſonum dedit, ut dare ferrum
> igne rubens plerumque ſolet, quod forcipe curvâ
> quum Faber eduxit, lacubus demittit.

Tenacem, Virgilius *Lib. II. Æneid.*

> Illi inter ſeſe magnâ vi brachia tollunt
> in numerum, verſantque tenaci forcipe maſſam. 443.

† Sed FORFEX Inſtrumen opificiarium eſt, quâ pannus lineus laneusve inciditur; quaſi ferrum aptum ad faciendum aliquid, ad aliquam formam faciendam, etwas damit zu zerſchneiden/

uti Sartores veſtimenta. Germ. eine Schneider-Schere / Gewand-Schere: forſan, à fortius faciendo: unde Forficula, eine Zahn-Brecher-Zange: FORPEX, quà pili inciduntur, eine Haar-oder Balbier-Scheren Forpicula, ein klein Knipſcherigen.

§. 43.

444. FORMA, naturæ vocabulum eſt, ſpeciem atque figuram rei naturalis externam ſignificans. Sed quum rebus etiam artificialibus ſua ſpecies indita ſit, ſolemus rationes atque ideas, quæ ſeu à priori conſtituuntur, rei adhuc formandæ; ſeu quæ à poſteriori clavis quædam ſint, internam rei ſpeciem repræſen-
445. tans; Typi, vulgò etiam Formen. † Eſt igitur terminus mechanicus, ac (1) nomen *inſtrumenti fuſorii*, competens Ærariis, Plumbariis, Weiß-und Roth-Gieſern: Plin. *LXXXVI. c.27.* Quale in vim ſpeciminis artis effigiare oportet Magiſterii Candidatos Stannariorum, v.g. Cizæ *per Statut. art. II.* Eine Schenk-Kannen-Form / Hobel und Kern von Leim / mit einem doppelten Bauch und hohen Fuß. Einen Leimen Blätter-Stein ohne Roſt / von bloſſen Leim / darein weder Holtz noch Eiſen gelegt. Eine Schüſſel-Form welche 3. Viertel
446. breit ſeyn ſol. Eine Butter-Mulden-Form / ꝛc. † (2) Nomen inſtrumenti *plaſtici*, unde & Proplaſticè dici ſolet, cui materia craſſior impingitur, ut ad illius ideam recipiat ſpeciem externam: qua utuntur Plaſticatores, ut vocat Jul. Firmicus *Lib. VIII. cap. 16.* Die Töpffer / ex argilla: und Poppenmacher /
447. ex charta macerata. † Apud Columellam *Lib. VII. cap. 8.* dicitur etiam (3) Forma, Inſtrumentum iſtud *œconomicum*, in quo exprimitur *Caſeus*. Liquor, inquit, in fiſcellas aut in calathos, vel formas transferendus eſt. *ibid.* Deinde ubi formis aut calathis exemptus eſt &c. Ein Milch-Napff / Käſe-Napff / Käſe-Form. Nam & hactenus variant, ut ſint vel rotundæ vel

qua-

quadratæ, Limpurger Käſ. Vel etiam cruciatæ, ut ad Alpinos Creutz-Käſ/ Rotundæ rurſus vel formæ majoris, ut Belgici ac Bohemici, & apud nos Ovillus, Schaf-Käſ/ minor quidem illis peregrinis, major tamen bubulô, Küh-Käſe. † Sed de 448.
variis caſeorum generibus videri poteſt Plinius *Lib. XI. cap. 42.* & ut obiter hoc addam, Laus apud priſcos erat præcipua caſeo Nemauſenſi, â civitate Galliæ: hodie Parmenſi, Parmeſan-Käſ/ & è Belgicis Edamenſi.

§. 35.

FORMA Deinde (4) quoque eſt *aridorum*: Ita datur 449.
Forma *Calcei*, quam Ulpianus ex Juliano ſic dicit in *l. 5. §. 3. ff. ad L. Aquil.* & *l. 13. §. 4. ff. Loc.* quam Feſto Muſtricolam dici, utrobique notat Gotofredus: ſeu, machinula ex regulis, in qua novus calceus ſuitur. Ita Afranius habet: Muſtricolam in dentes indam tibi. Jch ſchlag dir ſchier den Leiſten in die Freſſe.
† Sed & (5) Ædificiorum aliqua forma eſt atque ſtatus, cùm 450.
formatus à poſteriori, tum formandus à priori. conf. *l. 11. pr. ff. de S. U. P.* Quare Architectus magiſterium ambiens, quandam Ichnographiam in vim ſpeciminis delinare neceſſum habet. Einen Riß machen/ quo de ſtatutum eorum in urbe Ciza eſt art. IV. Zum Meiſter-Stükk abreißen/ einen gelegenen Stuhl in vier Bekken geſchmiegt. Eine Feuer-Eſſe/ und eine Wendel-Treppe/ die ſich an alle Oerter/ wo man ſie hin haben wil/ ſchikket. † Quadratarii ibidem, *Statut. art. I.* Zum 451.
Meiſter-Stükk einen Grund-Riß und Auffzug zu einem Kirchen-Bau/ Glokken-Thurm/ Bohr-Kirchen/ einen gewundenen Wendelſtein/ zuſambt einer zierlichen Reinung in Gewölbe reiſſen. Deßgeichen auch einen Grund-Riß und Auffzug zu einem Hauß Bau/ auff drey Geſchoß/ mit Kellern/ Treppen/ Feuer-Eſſen/ welſchen Giebeln. † Ac 452.
denique *Murarii art. II.* Zum Meiſter-Stükk einen

**Grund-Riß und Auffzug zu einem Hauß-Bau / wie groß und weit ihme die Für-Meiſter und Elteſten denſelben angeben/zweymahl übereinander gewöllbt/verfertiget.**

§. 36.

453. FORNAX Inſtrumentum domeſticum eſt & opificiarium: nòmen habet à Fornum, quod eſt Calidum; ut in Forceps dictum. Illud inſtrumentum eſt calefaciendi hypocauſta, ein Stuben-Ofen/ græcè quidem κάμινος, quod & Latini recepe-runt; quàm diſcrepent autem invicem ein Camyn & ein Ofen / notius eſt quàm ut inculcemus. Rarior illius in Germania uſus, frequens contrà in Italia, ubi Vaporaria quæ nos dicimus, propterà quòd officere credantur valetudini, minus & pro-
454. bantur & in uſu ſunt. † Poſterius hoc omnibus illis Artificibus commune, qui ad ſpeciem ab ſe producendam, vel aliud artis ſuæ exercitium, igne opus habent. Erit igitur *Fornax generatim* receptaculum ignis atque inſtrumentum, quô ignis, ut vires in anguſtum coactæ tantô ſint fortiores, domandi, coquendi, extrahendi, aut ſimpliciter calefaciendi gratiâ, ſuccenſus habetur.
455. † *Domandi* quidem, Metalla; quò faciunt Fornaces ærariæ, die Schmeltz-Oefen / generatim quidem in officinis metallariis, deinde veró Fabrorum quorumcunque die Schmiede-Eſſen. Eorumque inſtrumenta ſubordinata atque mediata; ut ſunt in metallicis officinis inter alia Pupæ ſeu Capri. Nam Bokk inſtrumentum metallicum, quod communiter Tokken / vocatur, ſed Goſslariæ, dicuntur Böcke. Bervvard. *term. techn. metall.*
456. *mihi fol. 12. med.* † *Coquendi* autem variè; rerum videl. comeſtibilium, Salis, Cereviſiæ, Panis, cœterorumque ciborum. Quin & ad ædium ſtructuram calcis ac tegularum coctio eſt: Ea enim omnia coqui dicuntur. Unde Lateres, Tegulæ coctiles, Back-Steine/ Ziegel-Steine: & Sal nativus ſeu foſſilis, facti-
457. tio excoctoque opponitur. † *Extrahendi* autem Fornaces & Bal-

Balnea Medicorum, deſtillatoria inſtrumenta, Brenn-Zeug/ Brenn-Helm/ per Synecdochen partis pro toto. Caſſis enim Helm/ tegumen eſt, ſeu caput fornacis; Calvaria etiam dictum, ob calviciei ſimilitudinem. Panis denique coctioni peculiaris
fornax deſtinatus, quem dicimus † FURNUM, qui Græcis 458.
audit κλίβανος, quam vocem Latini etiam ſuâ civitate donarunt. Quanquam hoc diſcriminis aliqui ponant in materia & uſu, ut *Furnus* luteus ſit atque immobilis; *Clibanus* æneus ac portatilis ein kupfferner Feld-Bak-Ofen. Inde Furnarius, in *l. 24. §. 7. ff. de Damn. inf.* qui furnariam exercet artem.

§. 37.

*Calefaciendi* denique ſolùm cauſâ ignis adhibetur in Bal- 459.
neis atque Thermis. Rurſus inter hæc etiam Valla, in Raudenſem, aliquod inducere ſatagit diſcrimen; quaſi THERMÆ dicantur quæ naturâ calidæ, warme Bäder/ BALNEA quæ igne demum talia fiunt. Id tamen non omninò verum eſſe, conſtat multis tum Martialis, tum aliorum teſtimoniis, qui Neronis &
Titi Balnea Thermas vocant, quæ certè igne calefiebant. † Ad 460.
Thermas publicas apud Romanos opus erat ex his tribus: Luminaribus, Calefactione ſeu Lignis & Mancipibus. *Luminaria* colligebantur ex penſionibus domorum, quæ à privatis in porticibus Thermarum exſtructæ erant. *l. 52. C. Th. de Operib. publ.*
† Ad CALEFACIENDAS THERMAS ſeu, ad ſubvectionem 461.
Thermarum, *l. 32. d. t. de Op. publ.* πρὸς ἔγκαυσιν Græci, ſeu ad LIGNA, alibi pars aliqua ex reditibus civitatum adminiſtrabatur. *d. l. 32. & l. 131. C. Th. de Decurion.* Alibi Provinciales (veluti Teracinenſes, ad Urbis Romæ Thermas, ut docet Symmachus
*Lib. X. Epiſt. 5.*) ligna lavacris ſubminiſtrabant. † Mancipia 462.
& qui alii miniſtrabant, FORNICATORES dicebantur: quæ vox, utcunque vulgò Scortatorem ſignificat, paſſim tamen hôc noſtrô ſenſu in Jure reperitur. *l. 18. de Inſtr. leg.* nec non Fornicarius,

carius, in *l. 27. §. 9. ff. ad L. Aquil.* Quanquam Gotofredus non ceſſet, lectionem vitoſam utrobique notare, ex Hadr. Turnebo *Lib. II. adverſ. cap. 9.* ut Fornacator, Fornacarius reponatur. gr. φουρνάριος.

§. 38.

463. FRENUM Inſtrumentum equeſtre eſt, quod ori equino adimpetum ejus compeſcendum, domandum, frangendumque applicatur atque ingeritur; unde eſt, quòd aliqui per diphthongum FrÆnum ſcribi malunt. A CAPISTRO differt, quod ſaltim agendi, ſtatuendi ſeu ligandi cauſâ adhibetur, die Halffter/ vel Halter. Frænum ſuas habet ſpecies, Lupatum, Brechzaum/
464. Kapzaum. † FULCIMENTA Inſtrumenta ſunt architectonica, nutantibus ædificiis ac ſimilibus ſtructuris, adverſus ruinam ſuſtinendis ſubſterni ſolita; naturalia & pura, Stützen & artificialia, Schrauben: de quib. ſuô locô. Diſcrepat tamen ab hinc FULTURA, pars ædium ordinaria, ſub initium ſtatim inſeri ſolita, ein Träger.

§. 39.

465. GLADIUS Inſtrumentum militare, notius quàm ut quidquam ad ejus explicationem adferamus. Id ſolum removendum eſt dubium: Quid igitur inter mechanica? Negativè nimirum huc pertinet, dum uſus ejus Artifici nullus; adeoque interdictus: omnium autem minimè congreſſibus eorum inferendus. Statut. Piſtor. Ciz. *de A. 1660. art. IX.* Gefährliche Wehren/ als Tolche/ Rappiere und dergleichen/ ſol niemand ſo den Handwerke zugethan/ in die Verſamlung brin-
465. gen/ bey Straffe 16. Pfennige. † Quin potius omnium locorum Collegiorumque ſtatutis cavetur, ut ſub primum introitum quodvis armorum genus deponant: Avocanti Decano qui
466. negaverit, mulctandus, & â præſenti congreſſu arcendus. † Ampliatur, in tantum procedere, ut ſi etiam artis ſuæ ſint armamenta; Architectorum Aſcia aut Securis: Malleus Fabrorum: Culter Laniorum, Vietorum. Pauca ut allegemus, Fabri tignarii Urbis

Cizen-

Cicenſis, articulô VI. Statutorum cautum habent: Es ſol auch keiner der dieſes Handwerks iſt/ er ſey Meiſter oder Geſell/ ſich unterſtehen/ ſeine Waffen (at ea ſunt artis ſuæ inſtrumenta, per dicta *Sup. cap. I. §. 4.*) Beyel/ Axt/ oder Meſſer/ vor offene Lade zu bringen. † Da auch einer oder der andere/ 468.
wer es wäre/ Meiſter oder Geſell/ ſolche Waffen bey ſich hätten/ ſol der Für-Meiſter dieſelben/ ehe ſich jemand an den Tiſch niederſetzen wird/ abfodern. Da ſich auch ein ſolcher wehren würde/ ſol er dieſesmahl beym Handwerk nicht geduldet/ ſondern umb 5. Groſchen geſtrafft werden. add. *Jus Colleg. cap. XV. n. 12. 36. ſeqq.*

§. 40.

GLUTEN ſeu Glutinum etiam, germanicè aliquibus nimis ſtrictè Leim/ latius tamen & in genere Inſtrumentum combinatorium; ut diverſis artibus uſitatum, ita ex variis (pro exigentia operis & artificii) materiis, diverſô modô præparatum, diverſisque nominibus inſignitum. † Sic Aurifices metalla; Bibliopegæ chartas; Capſarii ligna; Figuli fictilia; Quadratarii lapides; Alii alia, aliis atque aliis conglutinant inſtrumentis: Unde Calx macerata, Chryſocolla, Ferrumen, Gluten Ichthyocolla, Intrita, Lutum aceratum, Maltha, Santerna, Sarcocolla, Borraß/ Glöth oder Löth/ Gyps/ Kalch/ Kleiſter/ Kytt/ Leim/ Leimen/ Mörtel/ & his ſimilia orta ſunt, ac neceſſaria. † GLUTEN quod hujus eſt loci, arte factum quid eſt, coqui ſolitum ex pellibus & oſſibus animalium. Oſſibus quidem ovillis; Coriis autem omnis generis animalium, per Alutarios. Plin. *Lib. XII. cap. 39.* Boum coriis gluten excoquitur, taurorumque; & id præcipuum. Idem *Lib. XXVI. cap. 8.* Laudatur colophonium natione Myſium Prienenſe: Specie autem nitidum & quàm ſimilimum taurino glutini. † Eſt imò & piſcis eà indutus pelle, unde gluten coquitur, ob id ἰχθυοκόλλα & ipſe, & inde cocta materia

469. 470. 471. 472.

ria dicta: Vocabimus in ſpecie Tiſcher-Leim/quòd peculiarem vindicent ſibi, Fabris lignariis inde excluſis: ut patebit infrà. Sed utuntur & Bibliopegæ: ut adeò pluribus inſerviant materiæ hujus Coctores; quorum aliquammulti Lugduni & alibi in Bata-
473. vis habitant. M. Schook. *Belg. fœder. L. VII. c. 21. p. 208.* † GRUS, Machina tractoria, de qua *Sup. hoc cap.* §. *14. in Catadromus.* HAMÆ quarum in *l. 10,* § *21.* h. n. t. ſit mentio, ſunt vaſa aquaria, rotundioris formæ, & ventris globoſioris, quibus ad extingvenda incendia ſolebant uti; quarum Plinius in epiſt. de Collegio Fabrorum meminit. De Forma intelligi poteſt Columella Lib. X. de cultu Hortorum: ubi de Cucurbita

-- -- -- -- Sive globoſi
Corporis atque utero nimium quæ vaſta tumeſcit,
Ventre leges medio: Sobolem dabit illa capacem.
Naryciæ picis, aut actæ mellis hymetti,
aut habilem lymphis hamulam.

*Adr. Turneb. XIX. adverſ. 23. p. 117.*

§. 41.

474. HARPAGO Inſtrumentum aduncum. (1) Generatim, quô quidquam attrahimus das forn einen eiſern Haken hat/ damit man etwas herbey ziehen kan. Plerumque tamen in *œconomia,* v. g. Urceum ex puteo: Telo, item Ciconia, ein Brunn-Haken/vel Ramum de arbore, ein Kirſch-Häkgen/
475. Anacharſis inventum. In ſpecie † (2) *Nauticum* militare, ein Dragge/ Telum, in ſummitate aduncum, quô navigia capiuntur. Anſæ ferreæ, Unci, ſubſcudes ferreæ, quibus prehendunt naves hoſtiles, iisdem adhærent, ut cominus pugnare oporteat. Actus ipſe vocatur das äntern/ unde ein Schiff äntern. *v. ſup. n. 104.* (3) Opificiarium, & in ſpecie *Vietorium* Inſtrumentum ferreum, quo vaſa vinaria conſtringuntur, ut commodius inducantur circi: â nonnullis vocatur Reiffziehe Canis.

†HAR-

† HARPEDONE inſtrumentum netorium, fuſum exoneran- 476.
di, filaque congregandi, eine Weiffen/ Garn-Winde/ Garn-Schragen: dictum, quòd fila ad ſe rapiat.

§. 41.

HAUSTORIUM inſtrumentum nauticum ligneum, 477.
manubriô oblongô rectò, ſed cœterâ parte falcatum atque introrſum ſtriatum, ad aquam de navi è mari hauriendam, potandaque ſeu conſpergenda vela, quæ ſiccitate ſuâ poroſa facta, ventum transmittunt & officium remiſſius faciunt, die Oſe. † 478.
HELCIUM ἑλκυστής, ab ἑλκέω, traho, ein Kummet/ inſtrumentum Aurigarum equeſtre, quod collis equorum aptant, pro ſublevando vectionis labore, vermittels deſſen die Pferde beſſer zum Zugk kommen. Unde in navibus Helciarii, qui adverſò flumine navem trahunt, quos Saxo conſonâ pene voce dicit Treckers/Miſnicus die Helden. † HOROLOGIUM æneum, 479.
quod non eſt adfixum, tamen inſtrumentô Domûs continetur. *L.12. §.23. de Inſtr. leg.*

§. 42.

IGNIS alioquin in Elementarem & Culinarem dividi- 480.
tur: Enimverò laxius acceptô Culinæ vocabulô, ut quouſque uſibus humanis, ſeu in re mechanica, metallaria aut œconomia denique ipſa ſervit, talis intelligatur. Sic Cereviſiæ, Cibis, Glutini, Mulſo, Pani, Sali, Saponi, Tegulis coquendis adhibetur. † Tin- 481.
ctor colores ad ignem miſcet; Tegularii calcem ac tegulas; Figulus ollas igne torret; Metalla igne domantur; Ignibus caleſiunt Thermæ; Ignis ſolvit juncturas elementorum in re quavis: ut nec Medica, nec ars alia ſit, quæ non vires in eo ſuas, ac viciſſim vires illius experiatur. Nutrimentum ejus Ligna ſunt & Carbones; Reliqua verò, Cineres. † Ea omnia uſui ſunt Opificibus, par- 482.
tim ut Materia ex qua ſpecies producunt, ſed hactenus impertinentia; partim ut inſtrumenta operandi, vel interitu ſuô: Nam

non malè de igne & ejus materia dici poteſt, Quòd aliis inſervi-
483. endo conſumatur. † Quare, ad Saltuarii curam, dum cæditur Sylva, pertinet Secernere, quæ huic vel illi uſui futura ſunt; atque illa demum quæ in ſpecies alias duraturas non patiuntur transformari, Vulcano demum conſecrare in cineres redigenda. Inter alias, Divi quondam Bernhardi noſtri Conſtitutione foreſtali Forſt Wald/ Jagt/ und Weydewerks-Ordnung. *part. IV.* §. *6. ibi.* **Und was an Handwerks-Holtz daran noch tůchtig/ außgehauen/ und das ůbrige zu Brenn-Holtz geſchlagen werden.**

§. 44.

484. INCUS Inſtrumentum ferreum ſed pede ligneô eſt, ſuper quod Fabri ferrum cudunt; Partibus omninò duabus conſtat; Superiori, Ferrô; atque inferiori, ſolidiſſimô lignô, der Amboß und deſſen Stokk: Saxonicè Ambolt/ videlicet, ut ictûs tot validiſſimos quibus quotidie tunditur, incolumis valeat excipere. Unde & in proverbium abiit: Incus maxima non metuit ſtrepitûs: quaſi dicas: Generoſus equus non curat latratum
485. canum. Cynira ejus perhibetur Autor. † INDIGO Inſtrumentum Tinctorium, fundandi coloris; quo aliquandiu pro iſatide uſi, ut ſumptibus parcerent; ſed emptores defraudarunt: quia color fuit corroſivus, unde quoque dictus Diabolicus, die Teuffels-Farbe/ Publicâ Imperii lege in comitiis Francoforti 1577. Deputatorum, *Tit. XXI.* & Cæſareô Edictô Divi Ferdinandi III. datô *Pragæ d. 30. Aug. 1638.* damnatus atque exeſſe juſſus: & Negotiatoribus tandem fraudes animadvertentibus, vel invitos ab eo deſiſtere oportuit tandem: ut annotavimus *Tr. de*
486. *Or. jur. opif. cap. XII.* §. *17. ſeqq.* † ISATIS igitur laudata illa herba Tinctoria eſt: duplex quidem, Agreſtris ſeu *Silveſtris*, altera *Sativa*, Dioſcoridi *Lib. II. cap. 110.* Glaſtum Cæſari. Maximus ejus proventus eſt in agro Tholoſate, ubi vulgari vocabu-

lo

lò Paſtellum, ab effigie paſtillorum in quos glomerantur, nominant. Gallicè Pauſtel vel Paſtel en Langvedoc. † Exaudiendum 487.
tamen hoc erit comparativè ad alias Galliæ Provincias: neque oportet illum proventum ſufficere, quum Gotofredus *Archontol. Coſm.* teſtetur, maximam ejus negotiationem eſſe in Inſula Terceira; atque iſthuc cum Anglis aliisque Nationibus, naves Gallicas etiam magnâ copiâ appellere. † Sed nec Germania noſtra Iſati- 488.
de vacat, quam plantam vocamus Waid / & in Thuringia quondam majori quàm nunc producta fuit copia, ut teſtantur grandes illi lapides molares dentati, adhuc in vicinia paſſim otioſi recubantes. Circa Erfurtum tamen, ubi adhuc colitur, truſatilibus molis premunt, ut herbaceam ſaniem excludant, deinde abactô liqvore, digerunt in magnos globos, quos in tabulatis in cineres putreſcere ſinunt.

§. 45.

LIBELLA, Autoribus modò non ad omnium fabrilium 489.
menſurationem adhibetur, ac redditur ein Maß- oder Richt-Scheid / Meß- und Richt-Schnur / Bley-Wage. Cùm certum tamen ſit, longè diverſa eſſe Libellam, Lineam, Normam, Perpendiculum, Regulam. Nam *Libellâ*, altitudines; *Normâ* angulos; *Regulâ* longitudines exploramus. † Seu, ut Vi- 490.
truvius *Lib. VII. Longitudines* ad regulam & lineam: *Altitudines* ad perpendiculum; *Anguli* ad normam reſpondentes exigantur. Erit igitur Libella Perpendiculum, id quod Germani dicunt die Senkel-Schnur / quòd bolidem à ſummo demittant, ac rectitudinem quærant, quam vulgo dicimus das Bley-Recht. † Budæus ait, Gallos Nivellam vocare: At videntur illi 491.
æquè latè illo vocabulô uti, ad omnes menſuras exprimendas; ſic ut oppoſitô opus ſit, quamnam ſpeciem malint: Sic Niveau Regula, libella, libra, eines Zimmermans Richt-Schnur / ligne ou cordeau de charpentier: Mox Niveau de plomb, eine Bley-

Wag / Perpendiculum: Amuſſim etiam dicunt. Ut diverſa ſit ab ea linea, quâ diſtantias ac dimenſiones in plano denotamus; ut *brevi* pòſt dicemus.

§. 46.

492. LIBRA Inſtrumentum eſt *œconomicum*, ponderatorium, binas habens lances à jugo pendentes, quod & Scapus dicitur; ex quarum depreſſione atque elevatione juſtum rei pondus deprehendimus. Eine Wage / forſan à fluctuatione. Eſt autem & *mechanicum*, quod Paulus JCtus in *l. 18. pr. de Inſtr. leg.*
493. Laniis attribuit. † Eſt denique & *fabrile* atque architectonicum, ac ſpeciatim machina geometrica, quâ exploramus altitudinem maris, fontium, lacuum vel fluviorum; Num ſcil. altiora ſint eo locô quò ea ducere conſtituimus: quâ utuntur *Aquilegæ*; de quibus *ſuprà*. Modò videamus Libræ *ſpecies* ſeu figuras & *Partes*. Eſt enim Bilanx mit 2. Wag-Schüſſeln / quibus
494. pondo & merx impoſita ad invicem appenduntur. † & *Statera* Vitruvio; aliquibus Trutina, Campana; inſtrumentum quò ſine lancibus res ponderantur, atque unus ſcapus omnia implet. Alterum videl. cornu capitatum eſt, cujus cavitati plumbi portio infuſa, ut ponderi ad alterum cornu appenſo reſpondere valeat; Alterum cornu eſt uncinatum, ut onus cujus pondus experiri deſideras, appendere poſſis. Scapus ipſe æreis per interſtitia diſpoſitis notatus eſt punctis, quæ ponderis diverſitatem innuunt: Ubi E. quidpiam appendis, ponticulum modò, ſeu magadam ſup-
495. pones. Expeditum eſt inſtrumentum œconomicum. † Bilancis *Species* ſunt Libellæ Numariæ, Ærariæ. LIBRA quondam *Triplex*. (1) *Regia* ſeu mercalis; ſedecim unciarum ſeu 32. lotonum. Hodie dicitur Krahm-Pfund / quaſi ad cujus normam Negotiatores emere merces vendere ſolent ac debent. 2. *Romana*. Duodecim unciarum ſeu 24. lotonum. (3) Numularia ſeu *Æraria*; Marcam hodie dicimus, atque octo uncias argenti

puri

puri continet, ſein dicunt, Marcam Colonienſem. † Deinde 496.
*Libra* quidem in ſe, ſolùm eſt aridorum; liquidarum *Menſura* eſt. Erat tamen apud Romanos Libra etiam utrorumque, atque adeò duplex: *Ponderalis* & *Menſuralis*, ſeu ubi pondus ad proportionem menſuræ, Contrà hæc ad rationem illius aptata. † Erat 497.
autem Libra *menſuralis*, teſte Galenô *Lib. 1. de compoſ. medicam.* Menſura cornea, quâ Oleum admetiebantur Romani, Interſecta lineis quibusdam, dividentibus ipſam in duodecim partes. Interſtitium inter duas lineas, pars erat duodemima; vocaturque uncia. Sed Libra hæc menſuralis duabus unciis minor erat librâ ponderali *Libra* igitur unciarum varietatem accepit; *Pondo* ſemper idem fuit † Partes autem Librile, Scapus ſeu Jugum, 498.
der Wag-Balken/ Lances, Wag-Schüſſeln. Lingva it. examen, Wag-Zünglein/ Agina quibusdam Trutina, æquilibrium, foramen ſc. illud in bilance, Intra quod ligua eſt, ſecundùm quam ponderis fit examinatio das Loch/ darinnen die Zung in der Wage geht. Spartum, Wag-Striklein. In majoribus catenæ ferreæ.

§. 47.

LIGNUM non tam intelligimus nunc, quatenus Arti- 499.
ficibus materiam ſpecierum transformandarum præbet, quàm quatenus culinæ aut furno inſervit, Brenn-Holtz/ & ſic ad inſtrumenta operandi accedit. Ubi *Quæſtio* mota fuit: Ecquid nam generali atque indefinitô Ligni vocabulô comprehendatur, ſi cui forſan Opifici fuerit legatum? *Utrum* quidquid ligni adeſt, ut ſuum vendicare liceat? finge vel in Faces ſciſſum eſſe, zu Schleußen geriſſen. † Ita videbatur; quia & dum lucent, con- 500.
ſumuntur: ut verum ſit & in illis: Aliis inſerviendo conſumor. Enimverò, ſecus Ulpiano *Lib. XXV.* ad Sabinum fuit viſum: quòd indefinita illa locucio denotet uſum vulgarem, frequentiorem ac notiorem, Culinarium videl. focum inſtruendi, con-

clave-

clave calefaciendi. *l.55.* §.*9 ff. de leg.3.* Niſi hæc ipſa diſponentis fuerit voluntas *l.167.ff. de V.S.* Ut adeò tota hæc Volun-
501. tatis ſit quæſtio. † Quid tamen, Si lignum ſit paratum ad Carbones coquendos? Seu inde conficiendos, zu Kohl-Holtz / Fortaſſis quis dicet, Nec *Lignorum* nomine contineri; (Nec enim lignorum gratiâ habuit, ſeu, non voluit eo uti ut inſtrumentô, ſed ut materiâ transformandâ.) Nec tamen & *Carbonum*; quippe quales nondum facti, ſed ſolùm deſtinati. *d. l. 167. pr. de V.S.*
502. † Nec obſtat quod *ſup.* diximus: Deſtinationem Patrisf. attendendam: & quod aliàs dicitur: Cingendus habetur pro cincto: Quia iſtud per Fictionem fit anticipativam; quæ hîc in onus atque odium heredis gravati haud admittitur. Sicut *ſup. n. 18.* Rennemannum diſputantem laudavimus. Atque ita Ofilius
503. librò quintô Juris partiti ſcripſit. *d. l. 55.* §.*7. de leg.3.* † Pari modô ut accidit in eo, qui locum mutat atque abhinc diſcedit, animô non revertendi; nec tum tamen appulit quò tendit: Sed in itinere atque neutrubi eſſe putatur. v. Dn. Struv. *S.C. Ex. IX. th. 33.*

§. 48.

504. LIGO inſtrumentum hortenſe, ferreum, ſolidum, ſeu in dentes haud diviſum; terræ effodiendæ, vepribus vel etiam arborum radicibus eradicandis dicatum. Ulpianus inter vaſa utilia culturæ reputat. *l. 8. ff. de Inſtr. leg.* Eine Rodehaue / à novellis vom Roden: Ad horticulturam enim, non rem aurigariam referimus, ut à rota valeas derivare; licèt illi rotas ſuas eo purgare ſoleant, aut easdem expedire, darzu räumen / ſich
505. loß arbeiten / wenn ſie beſtekken bleiben. Paulus Librô ſecundô Digeſtorum epitomatorum Ligones inſtrumentô vineæ eſſe, Cornelium reſpondiſſe ajebat; quod & Alfenus ibidem verius eſſe ſcribit. *l.16.* §.*1. de Inſtr. leg.* Nec adverſantur mores noſtri, quibus Bidens Vinitorium inſtrumentum eſt, ein Karſt oder

oder Wein-Hakke. Nam & vinea inter Hortos eſt, & rectius dicitur ein Weingarten/ vulgò Wingerten/ Niſi collem integrum einen Weinberg/ poſſideas. † LIMA Inſtrumentum 506.
fabrile eſt, Ferro, ſi quid inter cudendum non ſatis complanatum, aut aliter adhuc elaborandum ſit, poliendo. Unde non ineleganter dicimus: Scripto deeſſe ultimam limam. Vindicant eam ſibi Serarii præ Solleariis, ut *ſuô* dicimus *locô.* † LI- 507.
NEA Geometris longitudo eſt, latitudinis expers; Unde Corpus dicitur conſtare longitudine, latitudine & profunditate. Aſt illi abſtrahunt à materia. In concreto ſumitur pro funiculo ex cannabi torto; atque eſt modò inſtrumentum *Venatorium*, quod pennis innexis expanditur leporibus, ac dicitur Formido: Unde das Abſchrekken. † Modò *Piſcatorium*, Sic deſignat fu- 508.
niculum ſetaceum, ex quo pendet hamus, die Angel-Schnur/ de quo Martialis *Lib. V. Epigramm. 57.*

Tremulaque captum linea trahit piſcem.

Cummaximè verò Opificiarium *fabrile*; Filum vel funiculus quò ſignant materiam aſciandam, aut in ſegmenta dividendam, Tignarii ſeu Fabri materiarii: Aqua ſi aberraverint, lineam transſilire dicuntur, über die Schnur hauen.

## §. 49.

MACHINA Ipſum Inſtrumenti nomen græcum, paulò 509.
inflexum eſt, μηχάνη, *generaliter* omne Inventum ingenioſum denotat; & Mechanicus, Faber eſt eorum operum, quæ ingeniò ſimul ac manibus perficiuntur; & Ars mechanica h. e. fabrilis ein Handwerk. Unde Machina quamvis ſtructuram ſignificat etiam *tumultuariam*, in qua Lignarii aut Cœmentarii operantur, ein Gerüſte/ *l. 1. §. 8. ff. de Mort. inf. l. 5. §. 7. ff. Commod.* vel etiam *ordinatam*: hinc dicitur Machina Textoria, ein Weber-Stuhl.
† Deinde Machina ſignificat Inſtrumentum, quô commodius 510.

moles, quô volumus, impellitur. Coras. *L. V. miſcell. cap.* 21. Ita Horatius *Lib. II. epiſt.* 2.

Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina lignum.

& Plin. *Lib. XIX. cap.* 2. de Spartho loquens : Qui volet miraculum æſtimare, quantô ſit in uſu omnibus terris, navium arma-
511. mentis, machinis ædificationum. † Et Machina frumentaria Ulpiano in *l. 12. §. 10. de Inſtr. leg.* pro Inſtrumento, quô frumenta facilè in granaria impelluntur. Käſſer. Imò de mola ipſa : unde Aſinus machinarius ibidem & *l. 60. §. 3. de leg. 3.* molendarius, ſit Ein Mühl-Eſel, quod tamen ſuo loco relinquimus. vid. Turneb. *Lib. IIX. cap.* 9. Dicuntur & inſtrumenta bellica Machinæ : Vitruv. *Lib. X. cap.* 19. Quarum ſpecies varias vid. ap. Crinitum.
512. *Lib XIX. de boneſta diſcipl. cap.* 2. † De Machina tractoria, quam dicunt Gruem, vide ibi, & ſup. in Catadromo.

§. 50.

513. MACTRA inſtrumentum œconomicum, ſed & Opificiarium *Piſtorium*, in quo farina ſubigitur in maſſam panibus pinſendis, ein Bak-Trog / Bak-Mulde. Quanquam Alii & lancem ligneam ſeu corbem vimineam, quibus in piſtrinum defertur, ſignificare autument, ein Brodt-Korb / breite Schüſ-
514. ſel / ſuperioribus Germanis ein Brodt Känſterlein. † MALLEUS, notiſſimum inſtrumentum, cuivis *Patrifam.* ad manùs, clavo infigendo, vel aliis rebus compingendis : ſed *Opificibus* quibusdam evaſit peculiare, ac præprimis in metallis qui operantur ; unde dictum quoque putant, tanquam qui emolliat. Atque eſt omninò inſtrumentum *fabrile*, quò ferrum tunditur ac flagellatur quaſi, poſtquàm tamen igne jam domitum, molle
515. atque tractabile effectum eſt. † Forſan quia *manum impleat*, (Neque enim digitis ſaltim anterioribus prehendi vult,) dicitur : qua ferme rationè Germanis Hammer / à habendo; ſeu quòd ad manum jugi eſſe, ſeu quôd fortiter atque effectivè præhendi re-

gique

gique debeat. Iſtud obiter addimus, & Vietores alicubi malleô vulgari cingulos doliis applicare; qui tamen in his oris peculiari eoque ligneô ad hoc inſtrumentô, Schlegel und Trebell/ Gall. Maillet, utuntur.

§. 51.

MALTHA inſtrumentum glutinandi, lapideas tamen ma- 516.
terias; hinc & Murariis atq; Quadratariis mage uſitata & cognita, quàm qui in ligno operantur. Eſtque alia *Nativa*, quæ gignitur, ac provenit in ſtagno quodam ad Samoſatam, Luciani Philoſophi patriam, urbem Comagenæ Provinciæ Syriæ, ſupra Ciliciam verſus ortum ſitam, trans Amanum montem, atque in Meſopotamiam uſq; procurrentem, à qua Euphrate fluviô dirimitur. † Eſtque *limus* quidam *flagrans*, naturâ tam admira- 517.
bili, ut aquâ accendatur, nec niſi terrâ reſtingvatur: quô etiam Samoſatæi urbem ſuam Lucullò oppugnante defenderunt; Hoſtes unà cum armis exurentes: ut eſt autor Plinius *Lib. II. cap. 107.*
† Sed Maltha *Factitia*, maſſa quædam eſt ex calce viva ſeu recen- 518.
ti, vinô, adipe ſuillo & oleo confecta, adverſus omnem annorum injuriam invicta: quæ, cùm ſemel ignem concepit, retinet illum tenaciſſimè, & cùm aliquid ſolidi attingit, ita adhæret, ut neque revelli neque ullâ arte reſtingvi poſſit, niſi operiatur terrâ & ſuffocetur. Plin. *Lib. XXXVI. cap. 24.* Vocabimus nos einen Kütt/ gall. Mail. & Malthare, verkütten; quanquàm non ignari, quodammodô differre.

§. 52.

MAPPA inſtrumentum domeſticum eſt, linteum, menſis 519.
inſternendis, ad quarum figuram & capacitatem etiam extendi ſolet: Ein Tiſchtuch. Sed cùm & manûs eâ aſtergantur atque ob id ſordeſcat citius, in menſis Honoratiorum aut ſolennibus conviviis mappulæ ſingulis orbibus imponuntur, quas dicunt Teller-Tüchlein/Salveht/gallicè Serviette. † Priſcis tempo- 520.
ribus

ribus quisque pro ſe mappam afferebat in convivium, ſcil. quò liberius liceat ſibi agere; ſed manûs furaces vix effugiebant ſervorum; unde Martialis *Lib. XII.*

Attulerat mappam nemo, dum furta timentur.

Iſt eine angreiffiſche Wahre/ und bald verſchleppet. Forſan inde eſt, quod in connubialibus conviviis Juvenes muccinia
521. virginibus ſubtrahere ſtudeant. † Vocant aliqui Mantilia, tanquam ad manûs tergendas in menſis habeantur. Enimverò, ſunt ea potius integumenti humeralis genus, quô brachia manûsque involvuntur; quale quid ei ſuppeditatur, qui cibos dividit ac diſtribuit, des Vorlegers Hanquele/ quò etiam fœminæ ruſticæ ad templum ituræ pro palliis, & urbanæ quoque, peregrini habitûs cupidæ, more gallicô utuntur, ein Mandeligen.

§. 53.

522. MARCULUS Inſtrumentum fabrorum ærariorum, Cinyræ in ventum; Malleolum credo ligneum, quò Cuprarii toto die aures verberare ſolent: quod Martialis jam *Lib. XII. Epigram. 57. innuit:*

Nec cogitandi, Sparſe, nec quieſcendi
In urbe locus eſt pauperi. Negant vitam
Ludi magiſtri mane; Nocte Pictores,
Ærariorum MARCULI die toto. †

523. MARRA inſtrumentum hortenſe, ferreum, quô exciduntur herbæ inutiles: credo Ligonis ſpeciem, ſed minorem, eine Jäth-Haue/ & ligonis & ex altera parte bidentis habens figuram, ein Kraut-Häklein. Ac rurſus ſubtilius inſtrumentum SARCULUS, ein Jäht-Eiſen/ à ſarriendo, quod eſt levius ſcalpere & ab herbis noxiis repurgare

§. 54.

524. MENSAM ſupellectili accenſendam putarem: Niſi Paulus inter Laniorum inſtrumenta reliquerit. *l. 18. pr. ff. de Inſtr.*

*Inſtr. leg.* An ergò cui carnem venalem imponunt, intellexit; quam ſcamnum hîc dicimus, die Bank/ unde macellum nobis eſt die Fleiſch-Bank/ alibi Scharn. Enimerò, ſic Taberna foret; atque Argentariorum Menſæ *l. 77. §. 1. de leg. 2.* etiam in eorum erunt inſtrumento: unde & Menſarii dicuntur & Menſularii. *l. 24. §. 2. ff. de Reb. aut. Jud.* † Credo igitur, inſtrumen- 525.
tum quod pecoribus mactandis peculiariter aptatum habere ſolent, in formam canalis, quadrupes, den Schlacht-Stok/ ſubaudiendum eſſe; aut certè menſam, cui pelle detractâ carnem commodioris tractationis gratiâ imponunt, worauff ſie auß-
ſchlachten/ vel außwürcken. † META inferior pars molæ, 526.
Turbo dicta; ſicut Catillus Superior: de qua Paulus Lib. II. ad Vitellium conſultus reſpondit: Si ruſticis ejus fundi operariis moleretur, eam quoque in inſtrumento deberi. *l. 18. §. 5. de Inſtr. leg.*

§. 55.

MODIUS inſtrumentum Menſorum; maximè ad res 527.
quas dicimus fungibiles, liquidarum æquè atque aridarum, nach Eimern und Scheffeln zu rechnen: quia & *fundi menſuram* obſervare licet apud Columellam, cui *Lib. I. de re ruſt. cap. 10.* Modius agri, portio centum pedum quadrata eſt: ein Stük Landes/ hundert Schue lang und breit. † Fermè ad ſtylum ru- 528.
ſticorum Thuringiæ, qui cùm manſos partiuntur, nomen totius ad quartam uſque partem retinent, eine halbe Hufe/ Viertel von der Hufe: Sed ad ulteriorem diviſionem progreſſi, non dicunt octavam, ſed ein Nöſel Landes: tanquàm nomen haud mereatur ex eo genere, quod à natura totius receſſit tantopere ad iſtas minutias. † Neque enim prædia ulterius dividi debe- 529.
bant, quàm ut manſionem ſeu ſtationem poſſeſſori præbere, ipſe autem Domino deſuper reſpondere poſſet: unde in Thuringia vocatur ein Siedel-Hoff. Heredium priſcos dixiſſe Cujaci-

us *in 1. Feud. 1. §. quis de manſo Tom. 3. fol. 688.* ſcribit. Unde forſan Erbſaß. Atque in Miſnia, Præfectura præprimis Altenburgenſi, talia prædia hodienum individua ſunt, & in hereditate dividenda, natu minimo cedunt filio, qui ob id dicitur der Kuhr-
530. Erbe. † Quondam & in Thuringia idem obtinuiſſe traditur: quô jure tamen in pœnam ſeditionis A. M. D. XXV. excitatæ exciderint: ſervatô nihilominus jure congrui, des Geſpilde-Rechts/ de quo in *Ord. Provinc. Tit. XXXIIX. §. pen.*

§. 56.

531. MORTARIUM Inſtrumentum quondam *œconomicum* molitorium, in quô farra contundebant. Hodie *medicum* Pharmacopœorum & Aromatariorum, in quo herbæ, ſemina, aromata comminuuntur. Aromatarii, quorum amplior eſt negotiatio, ad molas contuſorias in die Stampff-Mühlen/ ſolent ablegare; quorum Pueros negotiationi vacare oporteat, das
532. trüg mehr ein. † MUSTRICULA Latinis de ſola *Calceorum* forma dicitur, eſtque adeò inſtrumentum Sutorium: ut ſuprà notare antevertimus; in Forma. Enimverò, uſus latius evagatur, ad quamvis ideam, aut ichnographiam, ein Muſter: in tantum; ut Fœminæ quæ *fimbrias* ex filis innodare norunt Knöplerinn/ Kanten- und Spitzen-Macherinn/ ingenii & artis oſtendendæ gratiâ, quarum in Montanis Miſnicis magna eſt copia, varios modos ac figuras excogitant, atque Belgicas dicunt,
533. ein Niederländiſch Müſtergen. † Et quæ acupingunt, linteola figuras repræſentantia, Model-Tücher/ appellant. De Belgio plusquam notum eſt, magnam vim ejus generis manufacturarum elaborari, quas dicunt Speldevverks-Kanten; & Fœminas quæ iis occupantur, Speldevverkſters. Excellunt autem præ aliis Brabantinæ virgines. Martin. Schook. *Belg. fœder. Lib. VII. cap. 23. p. 211.*

§. 57. NA-

§. 57.

NAVIS mari, ut currus terrâ inſtrumentum vectorium 534.
eſt, mercium; vel ut Ulpianus, Lib. XX. ad Sabinum ſcripſerat, fructuum exportandorum causâ paratum. *l. 12. §. 1. de Inſtr. leg.* Inſtrumentô Piſcatoriô contineri, Ariſto ait Navicellas, quæ piſcium capiendorum causâ comparatæ ſunt: Ut refert Mæcianus Lib. VII. Inſtitutionum, *l. 17. §. 1. d. t.* Fiſcher-Kähne: de Schapha dicemus ſuô locô. Nautica Inſtrumenta, Quæ & Quis invenerit, refert Polyd. Verg. *Lib. III. de rer Invent. cap. 15.*
† NORMA, Winkel-Eiſen/Inſtrumentum architectonicum, 535.
pro lubitu cujusque ferreum an ligneum eſt, duo habens latera, in angulum coëuntia, quô omnia dirigunt metiunturque: adeoque ſine illo nusquam incedere videas illorum quemquam; ut pro pallio quaſi & veſtitu honoratiori ſit. Quanquam Strenuiſſimus Cæſareæ Regiæq; civitatis Uratislavienſis Senatus, Ordinatione architectonicâ fol. XLI. §. Bey Auffziehung. Ex certa ratione caverit, ut in ejus vicem Securim, cujus manubrio inſit ratio ulnarum, ſumant. Es ſollen auch hinführo Meiſter und Geſellen der Zimmerleute/ auſſer denen gewanderten Geſellen/nicht mehr mit Winkel-Haken gehen/ ſondern an ſtatt derſelben ihre Aexte/ und in den Stielen die Werk-Elen/ ſonderlich (notes rationem) bey der Beſichtigung an der Hand haben/ damit bey vorgehenden Begebenheiten ſie derſelben ſich gebrauchen können. † PALI cæſi inſtrumen- 536.
ta ſunt œconomica ruſtica; quia quærendo fructui deſerviunt. *l. 12. §. 11. de Inſtr. leg.* & quidem vineæ, ut Alfenus Lib. II. Digeſtorum ex Paulo epitomatorum ait, ac PERTICAS addit *l. 16. §. 1. d. t.* PANUS & Panula ſeu Panicula, Inſtrumentum eſt Textorium, cui ſubtegmen involvitur, ſeu tramæ involucrum, quô panni texuntur, der Weber-Spuhl. PATINAS inſtrumento fundi eſſe, dicemus cum Paulo in *l. 18. §. 3. de Inſtr. leg.*

PAVI-

537. † PAVICULA Catoni *de Re ruſt. cap. 129.* inſtrumentum eſt, quô coæquatur & condenſatur area; vel à græco παίειν ferire, vel ab antiquo Pavire, quod Veteribus Fundere ſignificabat. Ein breiter Schlägel / damit man das Eſtrich oder auch ein Scheun-Tenn dichtet und ebnet.

§. 58.

538. PECTEN Inſtrumentum diverſi uſûs, & (1) quidem *domeſticum*, corporis colendi, comas diſtingvendi atque explicandi, non ſolùm ad ornatum, verùm & ſanitatem, & caput va-
539. poribus ſublevandum, ein Kamb. † (2) Opificiarium, in ſpecie *Textorium*, per quod fila quæ dicimus Stamen, den Zeddel / transmittunt, diſtingvunt atque in ordine retinent; atque ob ſimiltudinem pectinis comatorii, der Kamb / etiam dicitur: Das Weber-Blat / quô Textores fila immiſſa impingunt & conſtipant: Spatha das der Weber anzeucht / damit zuſchlägt
540. und die Leinwad ticht machet. † Pectinis nomen applicatur aliis quoque inſtrumentis, figurâ licèt diſſimilibus, uſum tamen ſimilem penè præbentibus: Ita Pecten dicitur inſtrumentum (3) Oeconomicũ & *muliebre*, quô *linum* pectunt, & cùm uſuræ ſunt, fortiter alligant, aculeis ſurſum verſis, ut immobile ſit eine Hechel / quod quidam Erinaceum dicunt, ſimilitudine ſumtâ à calice ſeu putamine nucis caſtaneæ aſpero & ſpinoſo; vel quadru-
541. pede quam dicimus ein Jegel. † Vel (4) quô *lanam* carminant, krempeln: Quod tamen eſt diverſum àb illo ſuperiori inſtrumento; dum iſtud *unicum* eſt, manipuli autem cannabis aut lini, manu præhenſi ſtringuntur werden durchgezogen / Unde aliquem perſtringere, dicimus durch die Hechel ziehen. Sed hujus *paria* oportet eſſe, quorum *alterum* inſtar ſuperioris affixum, *alterum* liberum, manu tractatur, lana verò utrisque media inſeritur atque agitatur: Deinde aculei minus aſperi atque
542. inſuper ſunt adunci, Krämpel-Kämme. † (5) Aliud genus Pecti-

Pectinum eſt, cujus item ſunt paria, ſed *utraque manualia*, ſubulis ſive dentibus circiter ſex, ferreis oblongis falcatis ac fortioribus, quibus lana Panificibus præparatur, Woll-Kämme. Suntque duum generum, *vulgares* & peregrini; ſeu ſimplices & duplicati, dicti *italici* welſche Kämme. Super quibus lis eſt Pannariis cum Materiariis, de quibus *ſuô locô*. † (6) Tandemquoque 543.
Pannificibus inſtrumentum *carminatorium* eſt, quô pannum recentem adhuc & crudum confricant & pexant quaſi; ex carduis conſtructum, Quod latinè itidem per Pectines exprimitur Weber-Kämme/ Illi ſuò quodam & artis nomine dicunt Kartätzſchen. † Ultimò denique (7) nomen hoc commigravit ad 544.
inſtrumentum *ruſticum*; liceat id nobis Raſtrum multiplicatum dicere, ligneis, ſed cum maximè ferreis dentibus inſtructum, quò poſt ſementū, terræ globulos comminuunt, ſemina contegunt & in ſuas lineas diducunt, eine Egde: A quo ſeminis tegendi officio Saxones iſtud ſumſerunt effatum: Was der Pflug geſtürtzt/ und die Egde bedeckt/ folgt dem Erbe. vid. Land-Recht. *Lib. III. art. 76. ibi.* & ſub terra ſemine abſcondito: in textu germ. als die Egde das Land beſtrichen hat.

§. 59.

PENICULUS à pene ſeu cauda dictus, ſeu quòd ex 545.
earum extremitatibus fiat: nam ut Cicero *Lib. IX. epiſt.* ad Papyrium ait, Caudam antiqui penem vocabant. Seu quòd in modum caudæ trahatur, ac ſui poſt ſe relinquat veſtigia: Inſtrumentum pictorium eſt, teſte Marcianô in *l. 17. pr. ff. de Inſtr leg.* Plin. *Lib. XXXXV. cap. 10.* græcè γραφεῖον ein Mahler Pinſel. † Di- 546.
citur tamen & de illo Albariorum & Tectorum inſtrumento, quo albarium parietibus inferunt. Plin. *Lib. XXIIX. cap. 17.* Der Tüncher und Maurer/ Quare, cùm è ſetis ſuillis ad lignum aliquod teres, tanquam manubrium artificis alligatis fiant, Pictorum illi Penicilli, deminutivô deminutivi, ad diſcrimen & ſub-

tilitatem innuendã dicuntur;ut habeant aliquid præcipui: Dum quilibet Albarius geſtat Pictor ſalutari. Cæterùm majus & minus
547. non variant ſpeciem. † Unde ad ſimilia trahitur,atque omne inſtrumentum abſterſorium è ſetis ſuillis compoſitum, Penicillus dicitur v.g Barbæ, Bart-Bůnſtlein/Item crinium capitis, Kopf-Bůrſten / Calceamentorum Schuh-Bůrſte/ teſte Feſtô; Veſtium, Kehr-Bůrſte/& cùm ad perticam longam alligantur,parietibus abſtergendis, eine Wand-Bůrſte/ Kehr-Beſem / aut
548. ad brevem,pro vitris abſtergendis; atque ita porrò. † Quum verò fœderati *Belgæ*, maximè Hollandi atque Zelandi, munditiei in ædibus ſuis conſervandæ valdè ſint ſtudioſi, non poſſumus non referre *bini artificii* opifices, qui inſtrumenta in hunc uſum præparant: *Scoparios* videlic. qui ſcopas conficiunt ex ericeto, Heid-Beſem: & *Setarios*, è ſetis porcinis, è Boruſſia potiſſimùm ad-
549. ferri ſolitis; quorum manufacturæ ſunt ſeptuplices. † (1) Quædam ſerviunt mundandis *veſtibus*, ut muſcaria ſetacea. Vulgô Kleer-beſems. (2) Quædam deturbandis *araneis*, ut illæ quæ audiunt Raech-beſems, ab extendendo,porrigendo. (3) Nonnullis diſcutitur *pulvis*,& vocantur Stoff-beſems. (4) Aliis *ſupellex* lignea detergitur,& vocantur Hout-vryvers: aut Houbœnders. (5) Quibusdam *pavimentum* expurgatur, & audiunt Luyvvagens, neſcio quam ob cauſam. (6) Aliis dealbantur ſive *parietes*, ſive alii colores aut parietibus aut ligno affricantur. (7) Denique quibusdam *feneſtræ vitreæ*,item lignea ſupellex abluitur. Martinus Schook. *Belg. fœder. Lib. VII. cap. 22.*
550. *p. 209. ſeq.* † Extenſum porro ad curam vulnerum, eſtque inſtrumentum *chirurgicum*,& ſpongia quædam, *vulneribus abſtergendis*; nam & quod ex ſpongia fit, peniculum dicere licet. Denique Penicilli dicuntur linteola conciſa & contorta, quæ Chirurgi *vulneribus immittunt*, ne præpropere coaleſcant; Turundas vocant, græcè ἔμμοτα, ein Wiekgen/ ſo der Balbier in

die

die Wunde drehet/ ſie dadurch eine Zeitlang offen zuhalten/ damit ſie nicht zuzeitig zufallen/ und hernach unterkötig werden möge.

§. 60.

PERPENDICULUM Inſtrumentum eſt Fabri materiarii Zimmermanns/ ſeu etiam Cœmentarii Mäuers/ quô plumbo â filo & gnomone pendente, rectitudo ſeu ſoliditas operis perpenditur & examinatur. Idem quod Libella, eine Bley-Schnur/ Bley-Wage. Niſi malit quis eam explicare eine Setz-Wage/ quæ ex utroque conſtat, ligno triangulari pertuſo cum linea & bolide, ad declivitatem inveniendam, was abhängig wird. † PERTICA lignum teres eine Stange/ Et per ſe inſtruit ad operandum, v.g. *metiendum* ſeu *planitiem*, Unde decempeda, eine Meß-Ruthe/ ſeu altitudinem ac *profunditatem*, ut Contus, Haſta nautica, filis picatis circum eam per ſpacia menſuram deſignantia ligatis, die Gehrde/Stahke/ab infigendo, Stechen oder Stehken: it. ad *ſaliendum* trans canales: quarum in locis paluſtribus denen Marſch-Ländern/ magnus eſt uſus, ein Spring-Stahken. † Et cui quidpiam alligetur, vites forſan: & tunc inſtrumenta *vineæ* ſunt, ut perticæ vitium, Wein-Pfähle. Equidem Inſtrumentô vineæ nihil eſſe, Servius reſpondit; Sed tamen qui eum conſulebat, Cornelium reſpondiſſe ajebat, Palos, PERTICAS, Raſtros, Ligones inſtrumenti vineæ eſſe: quod verius eſt, per Alfenum *in l. 16. §. 1. ff. de Inſtr. leg.* † Quin & ſi lintea cuſpidi alligentur, aut criſtæ ſetaceæ imponantur, *parietibus purgandis* & aranearum telis detergendis inſerviet: & illo intuitu Ulpiano Lib. XX. ad Sabinum binâ vice inter inſtrumenta domûs recenſentur. *l. 12. §. 18. & 22. ff. de Inſtr. leg.* In navibus der Wipp/dicitur; unde perticam eluere den Wipp Köhlen.

551. 552. 553. 554.

§. 61.

555. PLAGA inſtrumentum, & *Venatorium* eſt, retia videlic:
venationibus & capiendis feris apta, aut certè Funes illi quibus
retia tenduntur circa imam & ſummam partem: das grobe
Wild-Garn/ Κυνηγετικὸν λίνον. Cujus deminutivum Plagula,
minores denotat caſſes; &, ſi ab aucupio reditus fuerit, Agri in-
556. ſtrumentô continebitur. *l. 12. §. 13. ff. de Inſtr. leg.* † Et *Oecono-
micum*: Veteres nim. illo nomine appellabant linteum lecti teg-
men amplum & candidum; quod poſteà lecticariam Sindo-
nem, & Torale appellarunt: geſtrikte Vorhänge ums Bett/
557. à ſimilitudine; ſi non in ſupellectili ponimus. † PLAUSTRUM
currus apertus, ein offener Wagen/ quòd ex omni parte palam
ſit, quod in eo vehitur. Inſtrumentum ergo *vectorium*: Utrum
autem pro matronarum vehiculo, einen Frauen-Zimmer-
Wagen/ accipiemus? ut aliqui legunt apud Livium *Librò V. ab
Urbe.* Honoremque matronis ob eam munificientiam habi-
tum, ut plauſtrô ad ſacra ludosque carpentis, feſtô profeſtôque
558. traherentur. † Ulpianus ſanè ſtercus eo vehi, atque ob id in-
ſtrumento ruſtico adſcribit, in *l. 12. §. 10. ff. de Inſtr. leg.* Ein
Miſt-Wagen. Lutulentus igitur foret, qui huic Sexui, & quidem
in munificentiam exhibitus fuiſſet honor. *An* igitur textum
cum aliquibus emendamus, ac Pilento pro Plauſtro legimus?
*An* Plauſtrum dicimus in genere einen offenen Wagen/ Ka-
leſche/ ad diſcrimen cooperti, Himmel-Wagen: Sic, ut honor
fuerit, Vectari, ſed temperatus. Iſtud verò abuſui quorun-
dam Patrumf. imputandum, dum plauſtrum ad res viliores ad-
hibeant. His oculis obſervavi, vicinum meum, Eſſedarium
559. Welſche-Nüß mit der Land-Kutzſch einführen. † POLLINA-
RIUM, puto ſubaudiendum Cribrum, *inſtrumentum* molito-
rium aut *piſtorium*, ex ſetis equinis; à polline flore farinæ ſecer-
nendo, Beutel-Sieb.

§. 62. PON-

§. 62.

PONDERA, Lanionum inſtrumenta: *l. 18. pr. ff. de Inſtr.* 560.
*leg.* Quidni cœterorum etiam qui ad pondus vendunt, nach dem Gewicht? ſed Pondo ſignificat ein Pfund. Eſt autem pondo ſeu Libra (idem enim hactenus ſignificat) moribus hujus loci, vel Aromataria vel Laniatoria, Krahm-Pfund / oder Krahm-Gewicht / und Fleiſch-Gewicht oder Pfund: creditumque fuit, poſteriorem graviorem eſſe oportere priori. † Ex 561.
eo autem, qvod Paulus *in l. 18. pr. de Inſtr. leg.* Lanionum inſtrumenta recenſens, Pondera immiſcet, Gotofredus *ibi mihi lit. E. & F.* obſervat, carnem Romæ ad pondus fuiſſe venalem. Hab nach dem Pfund müſſen verkaufft und außgewogen werden. Nim hoc eſt, quod in *l. 4. C. Th. de Suariis* mandatur, ut pondus porcorum trutinâ, non oculari libertate quæratur. † 562.
Quam ex indulgentia Ædilium tamen ſumunt Lanii noſtrates diebus profeſtis ſolennioribus, das Kalb- und Lamb-Fleiſch nach der Hand und Augenmaß zu verkauffen; Atque improbat idem vetus inſcriptio apud Briſſonium *Lib. I. variar. cap. 16.* in qua, Conſvetudine micandi ſublatâ, Lex jubet carnes ſub Exigio, i. e. ſub trutina, ad quam exigantur, vendi. † Hoc cer- 563.
tum eſt, ad officium Ædilium ſeu Agoranomorum der Markt-Herrn (qui eſt peculiaris Magiſtratus in hoc civitate, binis conſtans Senatoribus, ac binis de Tribunis plebis) pertinere, Utrinque curare, ne quid Publicum capiat detrimenti; viſitare de improviſo utrorumque pondera, & coërcere exceſſum atque defectum, qui erit ad pondera & menſuras Senatorias. † Et mo- 564.
dius quidem lapideus in foro conſiſtit publico, inſtar calicis, in loco editiore ubi frumenta venduntur der Scheffel: Sed lignea vaſa ſub cura ſunt æditui Senatorii, dicunt den Zeiſen-Mann. Sed cùm Iliacos intra muros peccetur, & extra:

Senatus aliquando viſitationem inſtituit, vel tum certè,

cùm de ponderibus ac menſuris Senatoriis audiuntur querelæ.

565. † Ut accidebat A. 1679. atque inveniebatur ſequentem in modum.

Fleiſch-Gewicht.

½ ℔. Semilibra: iſt 3. Quintlein zu ſchwer funden. Daraus erſcheinet/ warumb die Fleiſcher nicht gewähren können. Und warumb die Butterwekken immer zu leicht funden worden.

1. ℔. Das gantze Pfund im Fleiſch-Gewicht/ iſt umb anderthalb Loht zu viel.

2. ℔. Das zweypfündige Gewicht hat 1. Loth und 2. Fünfftheil zuviel.

4. ℔. Das vierpfündige/ iſt 2. Loth zu ſchwer.

6. ℔. Das ſechspfündige Stük/ iſt umb 5. und 1. halb Loht zu ſchwer.

21. ℔. Der gantze Stein/ iſt umb 1. Viertel Pfund und faſt 2. Loht zu leicht funden.

Reſolutio: Iſt Stephan Katterfeldten (Serario) das rechte Gewicht zugeſtellt/ und die andern darnach einzurichten befohlen worden. Sollen künfftig geſtempffelt/ und der Nahme Jehna gebraucht werden. Ita ♀ 4. April. A. 1679.

§. 63.

567. PRÆLUM per diphthongum, prout apud Pomponium Lib. I. Fideicommiſſorum, Scævolam Lib. VII. Digeſtorum & Ulpianum Lib. XXXII. ad Edictum repertum, ab Interpretibus communiter redditur der Kelter-Baum/ trabs illa in torculari, quâ uva calcata premitur. Quod ut rectè percipiatur, Tenendum, *Torcularia* duum eſſe generum *Majora*, quæ etiam vocant integra, & arboraria, groſſe Baum-Keltern/ quale in Ducali Torculario heîc loci ufm Fürſten-Keller / videre eſt: & *Mino-*

*Minora*, dixerim ego ordinaria. † De Illis aut exaudienda, quæ 567.
JCti habent & Interpretes, Aut non quadrabunt. Nam in ordinariis, quod vulgò dicitur der Kelter-Baum / arbor illa torcularis, qvâ uvæ quidem ſed mediatè præmuntur, libera eſt, deponi & reſumi poteſt, quâ cochlea vertitur circulo ferreo ad clavum de cochlea pendenti inſertâ, agitur atque elevatur modò vel remittitur: Temo potius quàm Arbor dicenda. † Alio- 568.
quin Prælum hôc ſtatu foret definiendum: inſtrumentum ruſticum, fructuum cogendorum; ſpeciatim, Vinitorium, uvis exprimendis. At enim, ſic & reliquus apparatus & vaſa torcularia idem admitterent nomen, generale nimis & confuſionibus gignendis aptum. † Et quare Pomponius in *l.21.pr ff. de Inſtr.* 569.
*leg.* infixis inædificatis accenſeret? cur Scævola in *l.27.§.4.eod.* poſita parataque diceret ut immiterentur? *dixeris*: ſcil. ut proximê ſint uſui, dum circulo ad cochleam pendenti, eidem circumagendo immittantur. *Repono*, Talem immiſſionem Scævolam haud Cogitare: Ædificio tanquam tignum atque portio, non Cochleæ tanquam actorium inſtrumentum immittendum erat. † Cui denique uſui peculiari foret prælum Condu- 570.
ctori fundi: aut quantum referret, â Locatore præſtari vel minus? Id quod tractat tamen Ulpianus in *l.19 §.2.ff. Loc.* Nec merebatur teres arbor illa, ſeu Temon in minori torculari, Trabis appellationem; quam tamen Interpretes ad deſcriptionem præli adferunt. Quare credo, *Aut* veram arborem robuſtam, eamque crudam, ut eſt in Majoribus, exaudiendam: *Aut* Trabem utique h. e. tignum minoribus & ordinariis aptatum, non tamen arborem, lignum teres ac crudum, ſelbwachſender Schafft / ſed quadratum ac perforatum in modum cochleæ, per quod columna illa ſtriata immittur, intelligi, die Mutter. † Un- 571.
de etiam reddunt den Kelter-Stoff / Galli Viſam dicunt, Vis de preſſoir, die Schrauben einer Wein-Preß. Alii corpus inte-

integrum, per ſynecdochen partis pro toto reddunt, eine Preſ-ſe. Quemadmodùm & Gallis aliud eſt l'arbre d'un preſſoir, ein Kelter-Baum/torcularis temo: aliud; un preſſoir ſans vin, prælum, eine Preſſe: quod integrum corpus eſſe, ex uſu & additamnetis ſpecificis apparet, eine Wein-Preſſe/Buch-Druk-ker-Preſſe/ Buchbinder-Preſſe/Tuchſcher-Preſſe/ & ſim.
572. † Ex ſuperioribus autem repetendum, quod Prælum infixum, pars mage, quàm inſtrumentum ſit. *d. l. 21.* Cœterùm, poſitum ſeparatum ut immitteretur ædificio, inſtructô contineatur. *d. l. 27. §. 4. de Inſtr. leg.* Denique Locatorem prædii ruſtici vinarii, prælum Conductori præſtare teneri: quum citra prælum nullus aut onerosus foret prædii uſus, wenn er das Gemaiſch müſt über die Gaß uff eine frembde Kelter ſchikken.

§. 64.

573. PROPLASTICE forma eſt ſeu idea Plaſtarum, pro Cacabis, eine Kachel Form. *vid. ſup. §. 34. hôc cap.* PROTHYRUM domûs ſi velamen eſt, inſtrumentô domûs continetur. *l. 12. §. 23. de Inſtr. leg.* poſſes explicare, einen Thür-Schrank/ doppelte Thür/ atque trahere huc quod dicimus eine Spa-
574. niſche Wand/ eine Blände. † PUGILLARES Amanuenſium inſtrumentum, à pugno, quod ſemper ad manûs eſſe debeat, Schreib-Täfflein. QUALI Exceptorii ſeu vindemiatorii, In quibus uvæ comportantur; dixeris noſtro more eine groſſe Sammel-Stuntze/ cogendorum fructuum inſtrumen-
575. tum, Ulpiano *circa fin. pr. l. 8. ff. de Inſtr. leg.* dicuntur. † At enim, Ulpianus in *l. 15. §. 1. ff. de Uſufr.* vaſa majora dorſualia videtur intellexiſſe: ut ex oppoſitione Librarii ſervi, ad geſtationem Quali & calcis adhibiti zum Kalch-Kübel/ apparet; qui ſit abuſus ejus. Daß er ſich müſſe mit der Butte ſchleppen und Schutt tragen/ den man ſonſt zu was beſſers brauchen könte. Juxta illud: Der nicht kan ſingen/muß die Butte tra-

tragen. † Quanquam Interpretes Qualum etiam explicent 576.
Vas vimineum, per quod vinum guttatim defluit, quum calcatur uva; reliqua verò materia exire prohibetur, quales corbulas vimineas nos circumponimus dem Zapffen in denen Meiſch-Buttichen. † RASTRI maſculinô genere Cornelio & Alfeno 577.
dicuntur, atque inter vineæ inſtrumenta referuntur: *l. 16. §. 1. d. t.* quod non adeò rectè capio, niſi leviores intelligit bidentes, quibus Vinitores curam ſecundam die Ruhr / peragunt, ac leviter modò attingunt, gleichſam nur ein wenig rühren / als wenns nur gekratzt / mehr gerechent denn gehakt wäre.

§. 65.

RADULA Inſtrumentum ferreum à radendo dictum, 578.
diverſis uſibus, atque adeò & Opificibus uſitatum. (1) *Piſtoribus*, quô maſſam mactræ adhuc inhærentem conquirunt eamque purgant; cùm ob munditiem, tum ne mures arrodant. Eine Trogſcharre. (2) *Vietorum*, quo picem veterum doliorum abradunt, ut noviter picentur: vocant eine Krütke / dixeris eine Faß-Raſpe / Pech-Schabe. † (3) His qui *fuliginem* abra- 579.
dunt de infumibulo, Schorſtein- oder Eſſen-Fegers-Kratze. (4) Trahitur ad œconomiam, & inter inſtrumenta *culinaria*; ut ſit inſtrumentum ex lamina fornicata, multis foraminibus pertuſa, pani vel aliis rebus atterendis, ein Reib-Eiſen / quaſi cruſtulas abradat, & ſic eundem uſum præſtet. † RALLA credo ſuperio- 580.
ris deminutivum, eſt inſtrumentum ruſticum ferreum, cui baculus infixus, ad purgandum inter arandum aratrum; & ſic ab abradenda terra dictum, die Pflug-Raide. † REGULA in- 581.
ſtrumentum *Fabrile*, idem quod norma ein Richt-Scheid / Poſſes & *ſcriptorium*, præprimis Muſicorum dicere, qui pluries ducunt: ein Lineal. Sed Ulpianus Lib. XXXII. ad Edictum, *torcularibus* addit pro inſtrumento oleas exprimendi: pro quibus tamen Tegulas perperàm ab aliis ſubſtitui, notat Gotofredus in

S *l. 19.*

*l. 19. §. 2. mihi lit. E. ff. Loc.* Fallor an dicimus nos die Brak-ken / Kelter-Tokken.

§. 66.

582. REMI *nauticum* inſtrumentum, ſeu agendi ſeu guber-
nandi: Iſtud quidem, in navigiis actoriis ac bellicis, in mari me-
diterraneo uſitatis, quas Geleras vocant, Galeen / vel Galeyen.
Hoc verò in omnibus. Das Ruder. Alfenus Gubernacu-
lum vocat, das Steuer / ac navigii partem ait, in *l. 44. ff. de E-*
583. *vict.* add. *epiſt.* Jacob. *c. III. verſ. 4.* † Quod, quàmvis alii Re-
munculum vocari, & Ulpiano in *l. 29. § 2. ff. ad L. Aquil.* pro ſuo
*Servaculum* ſurrogandum voluerint: Ignorantiæ tamen Auto-
rum, & novitati vocis imputat Cujacius *Lib. IX. Obs. 10.* Remo-
rum de cœtero Inventionem Copis adſcribi, ſuprà credo jam
584. notavimus. † RETIA *venatorium* inſtrumentum eſſe, tam
Aucupibus & Piſcatoribus, quàm ferarum Indagatoribus; notius
ex ſe eſt, quàm ut allegatioene noſtrâ indigeat, Netze. Niſi quòd
ſpecies ab uſu varient; & Retis quidem nomen generis eſt, Au-
cupibus Garn / à filis tenuioribus, uſitata: unde Lerchen- und
Wachtel-Garn: quæ & in leporum indagine ſunt uſitata; in-
585. de Haſen-Garn. † Quin & Fundæ Schlingen / Tohnen /
Kloben / Schleuffen. Id quod tamen inter vetita refertur
*mandatô El. Sax. 9. April. 1604. 9. Junii. 1613. 24. Februar. 1626.*
Piſcatoribus modò Verriculum, Zug-Garn / Watten / à vadis
puto; quòd baculis ſeu perticis alligatum, quousque vadere in
lacubus aut fluminibus licet, ab hominibus trahatur: unde
Staffwadden dicundur: modò Rete jaculum, Wurffgarn /
à jaciendo, ein Beer / vel Bern. Retia apraria legato fundo
cedunt, cùm quæſtus fundi maxima ex parte in venationibus eſt.
*l. 22. pr. ff. de Inſtr. leg.*

§. 67.

586. ROTA communiter pars curruum, ſed tum arte ex tribus

par-

partibus, modio, radiis ac circulis compoſitum, pervium quid eſt: Aſt, cùm dicitur ita peculiariter inſtrumentum figulinum, orbis ſolidꝰ eſt, cui argillæ maſſam imponunt ac manibus ſuper ea formant: unde Jeremias dicit. *cap. XIX. 3.* inveniſſe ſe Figulum facientem opus ſuper rotam, er arbeitet auff der Scheibe/ hanc autem pedibus agitant, ac rotando quaſi tornant: quod Syracides innuit, *cap. XXXIIX. 32.* Sic Figulus, inquiens, ſedens ad opus ſuum, convertens pedibus ſuis rotam, er muß die Scheibe mit ſeinen Füſſen umbtreiben. † RUBIA inſtrumentum 587.
Tinctorium, Ferber-Röthe/ cum aliis coloribus jungenda: notamus modò, largum ejus in Sileſia prope Uratislaviam proventum eſſe; pingve autem deſiderare ſolum; conf. Plin. *XIX. 3. & XXIV. 10. ſeq.* Sed & admodùm copioſè in Zeelandia plantatur, vulgò Meede/ & Krappe dicta. † Cujus pretium, ut citò ſur- 588.
git, ita cito quoque minuitur; atque adeò Cultores ſuos aut magnô beat lucrò, aut ingenti mulctat damnô. Quemadmodùm A. 1622. quælibet librarum centuria, ſexaginta vendebatur Carolinis florenis & amplius: Annô ſubſequenti 1623. ejusdem notæ florenis uno & viginti comparari potuit. Teſte Martinô Schookio. *Belg. fœder. Lib. IIX. cap. 5. p. m. 229.*

§. 68.

RUDENTES omnis generis Funes nauticos accipimus, 589.
Schiff-Seylen/ Takel und Tau. Atque ita diſtingvuntur, ut Peſma ſit funis, quò anchora alligatur; Prymneſium ſive Camelꝰ, funis craſſus, quô alligitur navis in littore ad palum vel tonſillam, Kabelthou. Quo de exaudire malumus iſtud Salvatoris *Matth. XIX. 24. Marc. X. 25.* quàm de quadrupede beſtia. Quæ enim foret alluſio ad tranſitum vaſtæ illius quadrupedis per foramen acûs? † Niſi in Judæa tum temporis alicubi aut anguſtus 590.
quispiam fuit tranſitus per aliquam petram, quà peregrinantes perrepere aut ſerpere oportuit; quod moris eſt Noſtratibus,

hac Francofortum Mœni proficiſcentibus, cùm ultra Iſenacum
pervenerint; ſicut notum eſt. Aut *acus* aliqua *Witfridæa*: ut in
Anglia. Cujus hiſtoriam pace Lectoris liceat huc transſcribe-
591. re: † Rippon / eine Stadt in der Provintz York / Englan-
des / hat eine ſehr ſchöne Kirche / in welcher des Wittfrieds
berühmte Nadel zu ſehen. Iſt ein enges Loch in einem auß-
gehohltem Gang. Vor dieſer wunderſahmen Nadel ha-
ben ſich vor dieſem die vermeinten Jungfrauen / wie ſie doch
ſonſt gern mit Nadeln umbgehen / ſehr gefurchtet. Denn
durch dieſelbe wurd ihre Jungferſchafft auff die Probe ge-
592. ſetzet. † Alſo: Man führte ſie dahin zu dieſem Gang / und
da muſten ſie durch dieſes Loch durchgehen. Welche nun
rein und unberühret wahren / die gingen unverhindert und
mit leichter Mühe hindurch / die jenigen aber / ſo ihnen ihr
Jungfer-Kräntzlein hatten nehmen und ſich verunehren
laſſen / blieben mitten in den Loch ſtekken / und muſten ſich
alſo ſchuldig erkennen. Ut refert annonymus Deſcriptor An-
gliæ, German. per, Wilhel. Serlin / 1666. *Francfurti editus*
*p. m. 311.*

§. 69.

593. RUNCINA Fabrile inſtrumentum eſt; Quale tamen, &
cui uſui; non convenit Interpretibus. Hermolaus & qui cum
eo ſentiunt, genus SERRÆ accipiunt; Majorem ſcil. ſed ducti-
lem, quâ Fabri materiarii ſecent arborum moles, ſubjectis can-
theriis. Eine große Baum-Säge / Schroot-Säge. Inducti
illo Plinii *Lib. XVI. c. 42.* Firmiſſima ad tectum abies; Eadem val-
varum repagulis & ad inteſtina opera aptiſſima; ſive Græcô ſive
Campanô ſive Siculô fabricæ artis genere ſpectabilis, ramento-
rum crinibus pampinato, ſemper orbe ſe volvens, ad incitatos
594. runcinarum captûs. † Sed *falli* hos ajunt Alii: genus *dolabræ*,
quod vulgus hodie Planulam vocat, intelligentes; quô Fabri aſ-
ſa-

ſamenta radunt & lævigant, einen Hobel; qui prout ſeu Fabri ſeu Capſarii adhibent, magis rudis ſit & crudus, vel ſubtilis atque elaboratus. Neque potuerit Plinius aptius atque expeditius incitationem inſtrumenti illius reddere: Gefalzt / gehohlkehlt / nach mancherley Arth der Hobel. † Ut tamen fieri aſſolet 595.
negotiis varietate multiplicatis, vocabula ſeu invenire nova, ſeu inflectere uſitata, non æquè facile eſſe: Ita *Runcinam* applicant ad actûs ruſticanos, ut ſit *inſtrumentum hortenſe*, vepres reſecandi, ſepium frutices exæquandi, ein ſolch Inſtrument / damit man die Dorn in den Gärten mit abſtößt und gleich machet. Eine Dorn-Scheere / Zaun-Schrape.

§. 70.

SAGITTA inſtrumentum bellicum, è longinquo aliquem feriendi, & ſic eminus: ut Gladius cominus. SALICETA & ſalicta poſtquàm cœſa, Inſtrumento ſunt; antè, Portio. 596.
*l.12. §. 11. ff. de Inſtr. leg.* † SARCOCOLLA Gummi quoddam 597.
ſeu lacruma arboris cujusdam in Perſide naſcentis, ſimilis thuris pollini, ut inquit Dioſcorides *Lib. III. cap. 99.* Sic dicta ab effectu, quòd vulneribus applicetur, carnis conglutinandæ ergò. Plinius & gummi & arborem, eodem appellat nomine. vid. *Lib. XIII. cap. 11. & Lib. XXIV. cap. 14.* Eſt ergò Colla, ſed tantùm naturalis, non artefacta etiam, ut Chryſocolla, atque ſic inter inſtrumenta Medico-chirurgica. † SARCULUS autem inſtru- 598.
mentum ruſticum, quô ſegetes ſarriuntur, ein Jäht-Eiſen. Ulpianus in *l. 8. pr. de Inſtr. leg.* inter vaſa culturæ utilia ponit; laxius voce Vaſis, pro Inſtrumento utens. † SCALA à ſcandendo, 599.
generatim omne inſtrumentum ſcanſorium denotat, per quod pluribus aſcendimus gradibus: germ. eine Stiege / ſed quum, quæ adfixæ, pars domûs ſint; geſtatorias nunc præ illis intelligimus: quarum Inventor Capaneus, Argivus, occaſione obſidionis Thebarũ. conf. Veget. *Lib. IV. de re mil.* Species ſunt, quòd ſeu

ex funibus contextæ ſint cannabinis, Strik-Leitern; Seu ex lignis. Quarum *partes* ſunt: Scalarum ligna ſtatuta, ſeu recta, Leiter-Bäume/ & Transverſalia, die Sproſſen/ teretia ligna,
600. ab extendendo Spreitzen/ die Tritte/ dicta. † Utræque *inſtrumento domûs* ſunt, ſed uſui diverſo: *vel* enim applicamus abſtergendis parietibus, aut expurgandis lacunaribus, Brunn-Leutern/ de quib. Ulpianus in *l. 12. §. 22. de Inſtr. leg. vel* Incendiis extingvendis: quô ſenſu Idem *ibid.* §. *18.* hamis, perticis, ſiphonibus, centonibus & ſimili apparatui, unter das Feuer-Geräth/ jungit.

§. 71.

601. SCALPRUM Coriariorum iſtrumentum eſt, jam *Suprà* in CULTER poſitum, ein Schab-Meſſer/ vel ob ſimilitudinem cultri, quô & Vietores & Capſarii & Tornatores utuntur, Schnitt-Meſſer. SCALPER exciſorius, ein Meiſel/ Saxonibus ein Dährſchlagg/ Inſtrumentum *Fabrorum*, ligni & lapidum. Scalprum librarium, Feder-Meſſer/ Inſtrumentum *Scri-*
602. *ptorium.* † Sed Scalprum *ſutorium*, Trenchet de Cordonnier, *majus* ein Schuſters Werk-Meſſer/ *minus*, ein Kneifft/ hoc falcatum, aciem habet introrſum; Iſtud orbicnlatum, aciem habet extrorſum. Scalpellum, lanceola chirurgica, φλεβότομον,
603. ein Laß-Eiſen/ Fliete/ Lancette. † SCAPHA, ſi *derivationem* nominis à græco σκάπτειν, ſequamur, Linter erit, arbor excavata, ein Weidling/ ein Schelch/ ein Fiſcher-Kahn/ Unde Lintrarii *l. 1. §. 4. ff. Naut. cap.* Si *uſum*, navicella eſt, quam navis quælibet major trahit ſecum, vel pro re nata ſibi ipſi imponit, ad faciliorem in litore deſcenſum; ut adeò in *miniſterio* navis ſit majoris, quæ iſtam ablegat: unde non malè dicitur das Boht/ Item Eßpink/ *Ord. naut. Hanſeat. Tit. IV. art. 14.* vel Eßbing/ *ibid. Tit. IX. art. 4.* ubi alternativè ponuntur Both o-
604. der Eßpink/ Bothe oder Eßbing. † Et quamvis in eodem

*miniſte-*

*miniſterio* Navium ſint & Navicellæ, quas dicunt Barquen/ Brahmen/ latæ iſtæ ſed non profundæ, flach/mit einem flachen und breiten Boden/ dupliciter tamen *differunt*: (a) quod in nullius certæ navis ſint miniſterio; nedum ut eam in mare ſeu comitentur ſeu ſequantur. † (b) quòd miniſterium iſtud 605.
conſiſtat ſolùm in mercibus convehendis & avehendis, zum Laden und Loſſen/ unde dicuntur Leuchter/ non à prælucendo, ſed evacuando. conf. *Juris nautici Wisbuenſis* §. 58. So Leuchter oder Pramen hieſelbſt ankommen würden. Et *Ord. naut. Hanſeat Tit. X. art.* 5. Wann Prame oder Leuchter ſeqq. Mart. Schook. *Belg. fœd. Lib. IIX. cap.* 4. *p.* 225. Sed vox Barken/ gallica eſt, & navem ſignificat mediocrem, Barque.

§. 62.

De ſcapha in *ſenſu priori*, quæſitum fuit: Ecquid ſit *In-* 606.
*ſtrumentum* majoris? Atque ſic viſum *Paulo*, atque reſpondit hôc ſuppoſitò, Quod ſi navem cum inſtrumento emiſti, præſtari tibi debet Scapha navis. Imò *contrà ſenſit Labeo* Librô primô πιθανῶν. *Alfenus* quoque Scapham non videri navis eſſe, reſpondit librò ſeptimô Digeſtorum à Paulo epitamatorum; nec quidquam conjunctum habere. Nam Scapham ipſam per ſe parvam naviculam eſſe. † Omnia autem quæ conjuncta navi 607.
eſſent, veluti gubernacula, malus, antennæ, velum, quaſi Membra navis eſſe. *l.* 44. *ff. de Evict.* Etenim Scapha navis, non eſt inſtrumentum navis: Etenim mediocritate, non genere ab ea differt: Inſtrumentum autem cujusque rei, neceſſe eſt, alterius generis eſſe, atque ea quæque ſit. *l. f. ff. de Inſtr. leg.* Quod *Pomponio* librò ſeptimô epiſtolarum placuit. Atque ita Paulus pluralitate votorum ſuccubuit. † Sed enim, *uſu hodiernô* 608.
ſententia ejus reconvaluit, atq; moribus Belgii teſte Grœnevvegiô Scapha inſtrumentum habetur, & venditâ illâ ſimul debetur, per rationem: Quòd navi majori poſſibile non ſit, ſine hujus admini-

miniculo in portum appellere. Ad rationes igitur diſſentien-
609. tientium debebit reſponderi: † Non eſſe neceſſum, neceſſitate abſolutâ, ut inſtrumentum ſit de alio rerum genere; quia homo homini pro inſtrumento ſervire poteſt; ſeu diſponente Jure Gentium, ut in ſervitute: ſeu ſpontaneâ receptione, ut in Mandato. Neque Mediocritas ſeu Statura minor, in Navicella tenus hac nihili habenda; ut quæ illâ ipſâ parvitate miniſterium præſtat majori, quod hæc vaſtitate ſuâ impeditur ipſamet expedire. Kähm uff den Sand zu ſitzen.

§. 73.

610. SCOPÆ inſtrumento Domûs ſunt. *l. 12. §. 18. de Inſtr. leg.* Plura diximus ſupra §. *58. hôc cap.* in Peniculo. SCUTICA, Flagellum ex loris, inſtrumentum Aurigarum, inſtigandis equis, eine Geiſſel/ vulgò Gißſchel/ Peitſche/ manufactura apud nos partim Lorariorum, partim Reſtionum, qui & eapropter ſibi ven-
611. dicant negotiationem. † Sed enim, In Belgio peculiare opificium eſt, der Schweep-Makers/ quorum opera ſolummodò in conficiendis flagellis occupatur v. Mart. Schook. *Belg. fœd. Lib. VII. cap. 17. in fin. pag. 199.* Fuit & caſtigandis ſervis, ſicut contrà Fuſtibus liberi coërcebantur, Ut Paulus habet in *l. 4. §. 1. ff. Incend. ruin.* & milites moderni zwiſchen den Piquen geprü-
612. gelt werden. † SECURIS *fabrile* inſtrumentum eſt, à ſecando dictum; ligna videl. & quidem in porrectum; ut Serra in transverſum: ein Beyel/ vel Peil/ Pentheſileæ inventum traditur Plinio *Lib. VII. cap. 56.* Sed quoniam de Amazonibus ea fuit, *militare* ſine dubio fuit inſtrumentum. Niſi ea docuit fabrilibus inſtrumentis etiam Hoſtem impugnare: Atque fuerit forſitan ſecuris complanatoria, ein Schlicht-Peyl: quali etiam Carnifices utuntur in amputanda cervice: quæ Romanorum fuit, & ho-
613. dienum Anglorum uſitata ratio eſt. † SERRA inſtrumentum fabrile, Lapidibus, vel etiam lignis transverſim ſecandis: qua de

in

*in Runcina* aliquid diximus: & de ejus Inventoribus *in Dædalo.* ſuntque, ratione *Objecti*, Lignorum & Lapidum, Holtz- und Stein-Sägen/ Ratione *figuræ*, Majores & minores, Schrot- und Hand-Sägen. Capulo alternô vel ambobus. Kleine Stoß-Sägen. † Id nunc monendum eſt: Ulpianum librô 614.
XX. ad Sabinum, in Portione magis quàm Inſtrumento cenſere: cujus rationem difficile eſt ut invenias. SERAM igitur intellexit; Clavibus enim jungit: dict. *Lib. XX.* cùm in *l. 12. §. 21. de Inſtr. leg.* tum Libro XXXII. ad Edictum. *l. 17. pr. ff. de Act. emt.* ut adeò litera R ex errore forſan duplicata fuerit. Neque enim Carmina ſcripſit Ulpianus, ut Poëticâ quadam licentiâ ſyllabæ primæ producendæ, conſonam inſerere opus habuerit.

§. 74.

SIPHO græcum vocabulum, Canna latinè, Arundinis 615.
ſpecies, ad cujus ſimilitudinem Inſtrumentum dicitur hauſtorium, diverſis uſibus inſerviens; Aquis potiſſimùm inbibendis atque rurſum exſpuendis, ad reprimenda incendia, Eine Feuer-Sprützen: quod propterea inſtrumentô domûs continetur. *l. 12. §. 18. de Inſtr. leg.* † Sed poterit & ad vinum aliumve po- 616.
tum è doliis extrahendum adhiberi: Cujus tunc forma duplex eſt; recta, ein Stech-Heber/ & angularis; Cui eſt generis nomen. † SPATHA inſtrumentum *Chirurgicum* longiuſculum, 617.
ſurſum teres, cujus altera tamen extremitas plana, mit einem Ballen/quo unguenta tractant, atque pixidibus eximunt, ein Apotheker-Schäufflein. Sed adhibent & emplaſtris inungendis, eine Spathel. Sed & *œconomicum* culinare eſt, quô ſpumam detrahimus, & quæ coquuntur agitamus & permiſcemus: atque adeò duplex, eine Schaum-Kelle/ & Rühr-Löffel/ v. Colu-mell. *Lib. XII. cap. 2.* Eſt denique & *Textorium* quô fila coire coguntur & jungi; Pecten. Senec. *Epiſt. 91.* † SPONGIÆ con- 618.
tinentur Inſtrumentô domûs. *l. 12. §. 18. de Inſtr. leg.* ſcilicet, qui-

bus Columnæ, pavimenta, podia exterguntur. §. *22. ibid.*
619. STIPULÆ fundi inſtrumentum. *l. 12. §. 10. eod.* † STYLUS, Inſtrumentum ſcribendi, teres, ex ære aut metallo, cujꝰ altera extremitas erat acuta, ut ceram in tabula ſecaret; altera obtuſa, ad delendum atque inducendum. Ein Stifft in einer Schreib-Tafel/& inter legendum, literas ac lineas obſervandi: Radius, ein Griffel. Equidem hodienum capitatum fabricari ſolet, quando inducendi nullus eſt uſus: per rationem, ne facilè excidat anſulis libelli.

§. 75.

620. TEGULA ad hunc & non alios uſûs parata, inſtrumentum domûs eſt *l. 12. §. 19. de Inſtr. leg.* Quare & ſi de ædificio ſuſtulerit quis, interdictum Quod vi aut clam, admittimus; Cœterùm, ſi non de ædificio, ſed ſeorſim poſitas, ceſſat illud. *l. 9. pr. ff. Quod vi aut.* Niſi fortè amotæ ſunt ut reponantur. *l. 17. §.*
621. *pen. & fin. ff. de Act. emt.* † TEREBRA inſtrumentum fabrile ferreum, cum manubrio ligneo transverſo, perforandis lignis: quô & Tignarii & Capſarii & Carpentarii, quisque pro ratione artis ſuæ, aliûs figuræ utitur, ein Bohrer. Vaſta tamen illa, qua Carpentarii modios die Naben/perforant, abinde nomen ha-
622. bet, der Naben-Bohrer. † Cùm verò Textura opificium, in plures familias diffuſa, non multos ſaltim artifices exerceat, ſed plurima requirat inſtrumenta, cùm maximè in locis, ubi Textura tam lintea quàm lanea floret; Colum & Rhombum: utriusque enim fila ſumunt ad diverſas operas; unde Roggen- und
623. Rade-Geſpinſt: Caunas, Carduos, Pectines, & quid non? † Evenit, ut peculiares emerſerint inſtrumentorum textoriorum Artifices. Quales ſunt (1) qui Machinas TEXTORIAS conficiunt: non ſaltim Cathedas ſeu ſedilia, quod Capſariorum eſt: ſed formas præcipuè & muſtriculas, Zeich-Macher/in Belgio Getou-makers. (2) Qui Cannas arundineas conjungunt, Riet-

Makers.

Makers. (3) Qui Colum & Rhombum conficiunt, Wiel-Makers. † (4) Qui Radios textorios præparant, Schiet-Spoel- 624.
Makers. (5) Qui in Pectinibus tum ex ferro tum ex funibus diſpungendis occupantur Cam/Beſchlagers/& Yſer-Camme-Makers. (6) Qui inſtrumenta illa conficiunt, quibus aut lana aut linum carminatur. Carde-Setters & Yſer-Carde Makers/ quos recenſet Mart. Schook. *Belg. fœder. Lib. VII. cap. 17. p. 201. ſeq.*

§. 76.

TORCULAR machina eſt, torquendis & extorquen- 625.
dis uvis parata: eine Kelter/alicubi eine Trotte/ cujus pars Prælum eſt: ubi plura huc pertinentia ponenda fuerunt. germ. der Truk-Baum/ addas Columellam *Lib. XII. cap. 50.* reliquus apparatus Cochlea die Spindel oder Schraube/ Regulæ, Vectes, die Brakken. Lacus das Bett/Kaſte/Lingulæ, cavitates, per quas muſtum confluit, ſi non canalis eſt, quo in vas exceptorium emittitur. † TORNUS inſtrumentum fabrile, politur æ 626.
ac perforationi ſerviens, quô ligna, ebur & ſim. torquendo, modò exaſciantur ac poliuntur, modò etiam excavantur atque perforantur: Theodorô Samiô inventore. Plin. *Lib. VII. cap. 56.* Eſt tamen nomen totius ac partis, Machinæ & inſtrumenti manualis; ac ſignificat tam die Dreh-Bank/quàm das Dreh-Eiſen. Gallis tour de tourneur. † TROCHLEA Inſtrumentum, cum 627.
orbiculis ſtriatis, ad onera tam ſublevanda quàm demittenda, fune tractoriô Kloben-Seyl/ adhibitò excogitata & fabricata. Scheiben-und Kloben-Werk. Ut cotingit in ædibus noviter extruendis, beym Richten/& attollendo canali: Auffziehen einer Tach-Rinn.

§. 77.

TRULLA Inſtrumentum Cæmentariorum trigonum, 628.
quô Fabri murarii tectoriis linendis, complanandisque uti ſolent,

 dum

dum calcem ſubactam impingunt, coagmentant: tectoriaque illinunt: ut non ſolùm parietes pulchritudinem accipiant, ſed & firmitatem contra injurias imbrium & creberrimas tempeſta-
629. tes. Cochlear dixeris. Eine Maurer-Kelle. † TRUTINA vulgariter libræ ſpecies eſt, eine Schnell-Wage: propriè tamen ea libræ portio, in qua lingva vertitur; ſeu foramen intra quod eſt lingua bilancis, ad quod fit examinatio. Aliqui dicunt Æqua-
630. mentum, æquilibrium, libramentum. † TUBA inſtrumentum Muſicum, bellorum prælusionibus dicatum, & accendendis animis Bellatorum; Tyrrhenorum inventum. TUDES, Mateola, inſtrumentum fabrile ligneum, manuale, tundendi, agendi: ein hölțerner Hammer der Kupffer-Schmiede / Schlegel der
631. Böttcher. † TUDICULA quibusdam inſtrumentum coci-num; Cochlear majus, quo olla movetur, ſpatha: quibusdam machina, qua tunduntur oleæ, ein Stößel/Stempel / Fiſtuca forſan, aut Pilum eine Keyle/Ea enim omnia ad tundendum, pro diverſitate negotii & materiæ tractandæ ſumuntur. Inde ob ſimilitudinem, Tudicula vocatur etiam inſtrumentum, quô vaſis ſigna imprimuntur, das Zeichen-Eiſen.

§. 78.

632. VASA culturæ utenſilia, ſunt fructuum quærendorum. *l. 8. ff. de Inſtr. leg.* ſed loci tamen inſtrumenta. *l. 13. pr. ib.* atque Olearia vaſa Locatorem Conductori præſtare oportet. *l. 19. §. 2. ff. Loc.* Vas æneum in quo Sapa coquitur, Inſtrumenti eſt. *l. 12.*
633. *§. 10 ff. de Inſtr. leg.* † VECTIS Inſtrumentum domûs, quô oſtium obſeratur, à vectando dictum; quôd in foramine muri recondi ac repromi poſſit ac ſoleat, der groſſe hölțerne Hauß-Riegel / den man wegſchüben und wieder für ziehen kan. Nimirum inſtrumenti & ea ſunt, quæ ad tutelam domûs pertinent. *l. 12. §. 16. de Inſtr. leg.* Sed & Torcularia vaſa ſunt, ut ibi
634. notavimus. Cinyræ de cœtero inventum. † VEHICULUM in-

inſtrumentum fructuum exportandorum. *l. 12. §. 1. d. t.* Cœtera
quæ huc facere poſſent, in Carpentum & ſimilibus vocibus cre-
do adfuerint.

§. 79.

VELA textura lintea ſunt, ad velandum aliquid indu- 635.
cta: quorum uſus & *domeſticus* eſt & *nauticus*. Ibi quidem,
dum & frigoris causâ vel umbræ in domo ſunt: atque adeò volu-
ptatis & ornatûs ergò: Nec inſtrumentô continebuntur: Quæ
ſententia Caſſii fuit; qui dicebat: Inter inſtrumentum & Orna-
mentum, multum intereſſe. *l. 12. §. 16. de Inſtr. leg.* † Vela au- 636.
tem Cilicia, quæ ideò parantur, ne ædificia ventô vel pluviâ la-
borent; inſtrumenti eſſe, Idem Caſſius admiſit. *d. l. 12. §. 17.*
Sunt tamen *nauticum* inſtrumentum, itidem lineum, circa ma-
lum expanſum, ad ventum excipiendum, & ſic navem impellen-
dam. Unde dicuntur *Alæ* navium, apud Caſſiodorum *Lib. V.*
*varior.* nec non *Equi*, germanicô proverbiô, ſed côeci Blinde
Pferde. † Genera *materiis* & expanſione differunt. Nam 637.
Sinenſes canneis & ſtramineis utuntur, teſte Niehoff *cap. XI. pag.*
*328. b.* Iſidorus autem *Lib. XIX. etymol. cap. 3.* quatuor velo-
rum *genera* ſtatuit quod & Julius Firmicus ſcribit. Primæ *ma-*
*gnitudinis* ACATIUM, quod velum maximum & in media
navi conſtitutum eſt das Schon vorſegel. Secundæ amplitu-
dinis Ἐπίδρομος, quod retrorſum ad puppim panditur, die
Moyſan.

§. 80.

ARTEMON quorſum referetur? Utrum ad Vela, & 638.
cujus gradûs? Heſychius ſanè interpretatur ἴκριον, cornu anten-
næ, ad quod ſubnectitur velum. Gloſſa, Arborem, quæ retrò
ponitur ad gubernandam navim; ut ſit ſpecies mali. In majo-
ribus nim. navibus aliquando duo vel tres mali reperiuntur. † Vi- 639.
truv. *Lib. X. architect.* & cum eo Alex. ab Alex. *gen. dier. Lib. I.*

*cap.* 25. deſcribunt: inſtrumentum Tractorium, quam ſuprà Trochleam diximus, Græcis ἐπάγοντα. Hâc autem in navibus Funes ductorii trahuntur, & armamenta explicantur, iisque funibus per orbiculos ſtriatos Rollen / Scheiben / trajectis & in gyrum actis, facili ductu importantur exportanturque onera. Ita Eraſmus *in Act. Apoſt. XXVII.* Atque ita quoque Javolenus Librô II. ex poſterioribus Labeonis accipere videtur in *l. 242. pr. ff. de V. S.* Adjectamento magis quàm parti navium accenſens.

640. † Alciatus contrà, Cujacius, Bayſius & Alii VELUM utrique exiſtimant, quô ſenſu Lucas in *Actis Apoſt. dict. cap. XXVII. verſ. 40.* uſurpat: Et levarô Artemone, inquiens, ſecundùm auræ flatum tentabant ad litus. In eo tamen adhuc diſcedunt ab invicem, quòd Bayſius & alii Velum eſſe velint maximum, cum Plutarcho Acacium; eô argumentô freti, quòd etiam hodie Veneti maximum navis velum hôc nomine vocant. Alciatus Velum majori additum, ab ἀρτάω, quod eſt Aſſuo. Gotofredus *add. l. 240. mihi lit. Y.*

641. † Nos diſtinctionis fœdere utroſque conciliare annitemur. Dum enim Utrique pro re acceſſoria habent, & minus principali; deducemus ductu Scapulæ *in Lexico græco. verb.* Αρτεμων, vocabulum pro *Velo* quidem acceptum, παρὰ τὸ ἠρθῆσθαι. Pro *Trochlea* autem, παρὰ τὸ ἀρτῆσαι. Aliquando enim ob neceſſitatem talia vela adhibentur dirigendæ potius navis cauſâ, quàm celeritatis: & vocatur das Bonit. conf. Stypman. *de Jur. mar.*

# CAP. IX.

## *Affectiones, uſum & officium inſtrumentorum tradit.*

Con-

# CONSPECTUS.

*Inſtrumentorum alia eſt ratio fiendi: n. 642. alius modus eſſendi, ſeu ſtatus rei perfectus. 643. qui conſiſtit partim in Relatione: 644. ſeu ad Agricolationem. 646. Bellum. 647. Culinam. 648. Domum. 649. Fundum &c. 650. Partim in Terminatione finium certorum opificiorum. 651. dum Cochleâ Serarii & affines à Soleariis differre geſtiunt. 656. In familias nempe Fabri ſecedunt, 657. cùm ratione ſpecierum, tum partium. 658. Rationes dubitandi pro Capulariis. 659. ab unitate Collegii; 660. litera Pacti; 661. ac hujus interpretatione uſuali. 662. Argumentum à contrario ſenſu. 664. Rationes decidendi pro Enſiculariis. 668. Retorſio. 669. adverſariorum inhabilitas. 671. & ſpontanea ceſſio. 672. Solvuntur dubia. 673. Litis exitus. 679. Culter Vietorius, 680. vaſorum minorum opificibus negatus: 684. Sed reſtitutus. 687. Gluten, Menſularios 688. diſcernit à Fabris Tignariis. 690.* Klippel und Eiſen/ *Lapidarios à Murariis. 692. Limam commune crediderunt inſtrumentum Solearii: 695. cùm ob indigentiam ſuam; 697. tum conſenſum communem: 699. ac longam denique poſſeſſionem. 702. Serarii terminale dicunt, ſibique aſſerunt. 704. vi pacti decretô firmati. 705. Inſtantiis faciunt ſatis. 707. Victoriam reportant. 709. Seleariorum novæ exceptiones, 711. in caſſum abeunt. 712. nec leuterando res fit clarior. 713. Materiariorum machinationes, ut machinam textoriam* Zwirn-Mühlen/ *terminale inſtrumentum contra Linteones obtinerent. 717. plauſibiles. 721 Epicriſis. 724. Pectines fullonios, carduos, Pannifices Terminale inſtrumentum adverſus Materiarios: 725. Hi contra Pectines duplicatos, dictos Italicos, Sepem ſe ac Pannifices inter conſtituere satagunt. 726. Ut adeò non tam res ipſa quàm rei modus diſputari videa-*

*videatur 729. Status cauſæ, 732. ſecundùm Materiarios. 736. Pannifices. 739. Relatio Commiſſariorum. 741. Reſolutio. 743. Pelvium numerus Chirurgos ac Balneatores inter controverſus. 746. Ferrum complanatorium quô Sartores utuntur, non tam diverſa Collegia, quàm ejusdem artis Magiſtrum legitimum à Turbatore diſcernit. 750.*

§. I.

642. Sufficiant hactenus enumerata inſtrumenta, pro inſtituti ratione: ut ſcil. ſint pro Inventario, non univerſorum, quotquot ſunt; poſſent forſan in unius artificis officina tantô numerô reperiri, atque inveniuntur ſub inde alia atque alia; Sed eorum, quæ ſeu in Juris Romani volumine, ſeu apud Autores etiam alios obveniunt. Atque pertinet omne id ad rationem eorum *fiendi*.
643. † Sequitur nunc Ratio *eſſendi*, ſeu officium & *ſtatus rei perfectæ*; qui alius eſt naturalis, alius moralis, & quantum ad uſum juris pertinet. Ille duabus his penê abſolvitur affectionibus: *Relatione* ac *Terminatione*. Inſtrumentum omne comparatum eſt ad hoc, ut ſeu inſtruat operantem, ſeu tueatur opus; Utique *Operationem* haut detrahemus.
644. † At enim: Tota ratio ejus conſiſtit in eo, quòd ſit ad aliud; atque adeò non tam conſiderandum ut eſt in ſe & ſua ſubſtantia, quàm ut in uſu ad quem ab alio adhibetur ac dirigitur. Sequitur; Adjumentum atque medium ſaltim eſſe: At verò, aliud eſt Operari; Aliud, ad operandum quid ſed paſſivè concurrere. Sicut dictum jam *cap. IV. §. 9. n. 86.*
645. † Utuntur autem inſtrumentis Quoticunque operantur: ut tot ac totuplicia ſint hæc, quotuplices ſunt operationes; ut quibus inſeviunt. Sunt igitur Inſtrumenta Agri, Artium, Balnei, Belli, Culinæ, Domûs, Fori, Fundi, Militiæ, Navis, Opificiorum, Studiorum, Tabernæ, Venationis & ſim. Prout JCtos in ſæpe allegato *Tit. ff. de Inſtr. leg.* accuratê diſtingvere animadvertimus.

§. 2. A-

§. 2.

AGRICOLATIONIS ſunt Aratra, Bidentes, Falces, Ligones, Marræ, Pectines dentibus ferreis, Sarculæ, Vehicula. Axt und Beil/ Egde und Pflug/ Karſt und Hauen/ Schiff und Schirr / Hippen und Hammer / Senß und Sichel. *Artes* atque Opificia ſuprà enumerata, quàmvis nec illa omnia; ſed quatenus textûs illi juris ſuppeditant ad quos provocavimus: ac pertinet ad alium locum plena Opificiorum Artiumq; notitia. † *Belli* ac Militiæ inſtrumenta ſunt Arma, Bombardæ, Clypei, Enſes, Exoſtræ Galeæ, Gladius, Globuli, Harpagines, Haſtæ, Machinæ jaculatoriæ, Pulvis tormentarius, Sagittæ, Scuta, Tormenta, Tubæ, Tympana, Büchſen und Degen/ Helm und Schild/ Pulver und Bley/ Trommeln und Pfeiffen/ Kugeln und Petarden/ Spieß und dergleichen. † CULINÆ ſunt Ahenum, Aqualis, Aquarium, Aquiminalis, Carbones, Cultri, Lebetes, Ligna, Ollæ, Patinæ, Ratulæ, Salinum, Tripus, Tudicula, Holtz und Kohlen / Keſſel und Töpff / Kellen und Löffel / Schüſſel und Teller / Stuntzen und Stender / Roſt und Zange / Omnia illa *operandi*, transmutandi ac ſpecies novas producendi. † DOMUS autem ſunt Acetum, Amæ, Hamæ, Harpagines, Loricæ Siphones, Venabulum, Pantzer und Spieß/ In quibusdam enim civitatibus, quemlibet civem primarium, & cui cereviſiam coquere licet, ein Brau-Eigen/ oder der ein Brauen uff ſeinem Hauſe hat / muß einen Harniſch und Hauß-Wehr haben/ Sprütz und lederne Feuer-Eimer/ und dergleichen. Sed ea *defendendi*. FORI Inſtrumenta, Documenta ſunt literaria, ſicut *cap. III.* §. *5.* dictum. † FUNDI autem, Homines & animalia, & quidquid ſerpit ac repit, & *ſup. cap. IIX.* enumeratum, wie es dort krümmelt und wimmelt. Quemadmodum armamenta NAUTICA *cap. prox.* levi quàmvis digito tacta fuerunt. TABERNÆ Inſtrumenta ſunt *miniſtran-*

646. 647. 648. 649. 650.

*ſtrandi*, ut Ancones, Calices, Congiaria, Dolia, Sextaria, Trullæ, Urnæ & ſimilia. *l. 13. pr. ff. de Inſtr. leg.*

§. 3.

651. Sed ne actum agere, aut impertinentia etiam, corradere velle videamur, operis augendi ergò: mittimus hanc, & transimus ad alteram Inſtrumentorum Affectionem; quâ quædam eorum *aut* integra invicem diſterminant opificia, aut Opificem ab alio cive quovis ac mecenario, *aut* ejusdem artis Magiſtrum
652. à Turbatore: ut non incommodè dixeris TERMINALIA. † Licèt non impediat, quin litigioſa ſeu controverſa dixeris; ob id, quòd alterius artis Magiſtri controverſiam deſuper moveant aliis, tanquàm non rite niſi per turbationem iisdem utantur, damit ſie nur in dieſer ihr Handwerk pfuſchten. Quorum præcipua luſtrabimus; ſuntque Cochlea, Culter vietorius, Fornax, Gluten, Klippel und Eiſen / Lima, Pectines fullonii, Pelvis, Spitz und Stein-Axt / Zwirn-Mühlen.

§. 4.

653. COCHLEA denotat nobis ein Schraub-Stok / eâq; Serarii, Zonarii, Manubriarii ſeu capulorum fabricatores, Schlöſſer / Gürtler / Meſſer-Beſchaler / æquè utuntur, citra æmulationem ac denunciationem invicem. Ad alios relati, neutiquàm tolerant ejusdem uſurpationem; ne quidem ſi de Colle-

*Cochlea.*

654. gio ſint. † Ita *Serarii* Solea̧riis quidem regulariter eod. copulantur Collegio, furnô utrinque utuntur absque contradictione; *Cochleam* tamen *ſibi vindicant* præcipuam; tanquam eorum ſit, Terſius elaborare, & ſpecies quæ ſolo malleô fabrefieri recuſent, polire: Sicut in Lima dicetur. Idem agunt *Capularii*, (ſic liceat dicere) adverſus Enſicularum cuſores, die Klingen-
655. Schmiede. † Atque ita d. 5. Decembr. 1656. allegârunt: So gebühret auch einem ſolchen nicht / welcher entweder das Beſchaler Handwerk nicht gelernet / noch das Meiſter-Stük

Stük bewieſen / Schraub-Stök zuhalten. Quin idem Artifex cui cochleâ uti permiſſum, non niſi Boëthum ſuæ artis eidem præficiet; Ancillis aut etiam Uxoribus excluſis. conf. *Boëth. cap. IV. n. 130.*

§. 5.

Enſicularii contrà Manubriariis de FURNO controverſiam moverunt: geſtünden ihnen die Eſſe nicht. Nim. *Fabri* in *diverſas* abeunt *familias*; ut ſolet, multiplicatis ejusdem artis ſpeciebus & manufacturis, non ſufficere eundem omnibus aut producendis aut perficiendis; ſed certæ ex illis totum ſe mancipare: vel ne illam in univerſum elaborare, ſed alteri alterum ad manûs tradere, daß immer einer dem andern in die Hand arbeitet/ ut prolixa eorum ſit *genealogia*. † Primus in Solearios ac Serarios ſeceſſus: Grob- und Klein-Schmiede: quorum Illi armaturam fermè *ruſticam*, Hi *urbinam* tractant. Sed, quanta hîc diverſitas rerum, conſequenter & artificum! Ne nunc de aliis dicamus, ſolos *Enſifabros* ſeligemus. At ſeceſſerunt & hi in diverſas *propagines*, Gladiorum & Cultrorum; unde Meiſter / von kurtz- und langer Arbeit audiunt, atque audire quoque geſtiunt: quibus tertia ſpecies accedit, der Plötzen-Macher. † Sed hoc ratione *Specierum*: Quin & *Partium* intuitu, tam Gladiorum fabri quâm Cultrorum, diverſos agunt *ramos*: atque Illi quidem die Creutz-Schmiede/ Hi verò die Beſchaler protruſerunt atque ex ſe generarunt. Qui utrique quidem, propter illum in eodem corpore ſeu manufactura concurſum, idem ſubire corpus ſeu Collegium, haud recuſant; ſed, dum increbeſcentibus operis, ſeu partes ſeu ſpecies aut gradûs diſtinctos alii atque alii ſumunt, Uſus tandem in jus commigrat, atque mutuas prohibitiones generat.

656. *Furn.*

657.

658.

§. 6.

659. Quando itaque qui enſiculis capulum figunt, Furnô uti
*Rationes dubitandi.* pergebant, Enſicularii contrà intercedebant: In *quæſtionem* venit: Ecquid ſeu Illis habere, ſeu His intercedere liceat? quove utrimque jure? *Capularii* ſanè ad originem ſuam, ad priſtina reſpecientes, Ajebant: Furnô ſe prohibendos haut eſſe. (1) Eodem quippe ſodalitiô cum alteris illis hodienum comprehendi. Fraternô ergò affectu habendi. Gleiche Brüder/ gleiche Kap-
660. pen. † Jam veró, Partem non arcendam à juribus Totius. Anima informat totum corpus, undiquaque ſe diffundit; Tota eſt in toto, & tota in qualibet parte. Species omnis comprehenditur ſub ſuo genere: Neque ulla progenies, quotocunque à ſtipute diſtet gradu, datur, quæ non de illa participet: Ergò & juri-
661. bus ejus gaudebit. † Accedere (2) expreſſam *Pacti*, ſeu receſſûs literam *de 30. Decembris A. 1592.* in Ducali Præfectura Iſnacenſi confecti: cujus vigore Manubriariis juxta cum Enſiculariis Furnum habere, atque adverſus Extraneos tueri permittatur. In verbis: Weil etzliche/ ſo nicht des Handwerks/ ſich unterſtanden/ beſondere Eßen zu halten: So ſol daſſelbige hinfüro gäntzlich abgeſchaffet/ und auſſer der Meſſer-Schmiede und Beſchaler/ ſonſt niemand mehr Eſſen zu haben erlaubet ſeyn.

§. 7.

662. (3) Pactum iſtud per Enſicularicos ipſoſmet in favorem Capulariorum vires atque uſum accepiſſe. Quando Senior Enſiculariorum, Klein-Hanß Stehmann/ cum conſenſu Præfecti Iſnacenſes, permiſerit alicui, Stoffel Fleiſchmannen / in ædibus Soceri ſui, (ipſiusmet Capularii) Furnum extruere. Atque adeo (4) militare in ſuis caſtris *Longiſſimi temporis poſſeſſionem*.
663. † Ac licèt Enſicularii Iſnacenſis Idictionis, noviter in contrarium impetraverint, Furnorum ad Capularios ſpectantium demolitio-

litionem: Unde fama exiſtat, idem obtinuiſſe eos, qui ſub Præfectura Tennebergenſi, atque ditione Nobilium de Utterod degunt: Factum tamen id eſſe per ſub- & obreptionem; tempore, quô Receſſus ſuprà laudatus delituerit incognitus. At verò, is poſtliminó repertus ac productus, cauſam Actorum, (Capulariorum) manifeſtè tueatur.

§. 8.

(5) Argumentum *à Contrario ſenſu*, ſicut in Jure fortiſſi- 664.
mum; *l. 1. pr. ff. de Off. ej. cui mand.* Ita & manifeſtiſſimum eſſe atque evidentiſſimum: quod colligunt Dd. ex *l. 24. pr. ff. Sol. matr.* Ubi Ulpianus dotis repetitionem uxori ait conceſſam, caſibus quibus evidentiſſimè apparuerit, Mariti facultates ad do-
tis exactionem non ſufficere. † Unde Baldus dixit: Quod per ar- 665.
gumentum à contrario ſenſu ſumitur, eſſe Textum legis. *Lib. II. Conſil. CXLII. n. 3.* Cujus mentionem faciunt Hippol. Riminaldus *in d. l. 1. ff. de Off. ej. n. 173.* & Pyrrhus Alfanus *ib. n. 104.*
Beſold. *Lib. 1. Conſil. XI. n. 81.* † Quod, quàmvis patitur ſuum 666.
temperamentum: Verum tamen manet in ſuo genere. Quemadmodùm etiam inter deformes datur pulcherrimus; interque formoſos deterrimus; inter Negligentes diligentiſſimus, & contrà. Qualitatis enim proprium eſt, Habere ſuos gradûs. vid. Gotofredus in *d. l. 24. mihi lit. N.* Ubi id per ἄυξησιν fieri ait;
& ad dicta per ſe *add. l. 1. de Off. ej. mihi lit. C.* provocat. † Alte- 667.
ra ejus argumenti Proprietas, quòd ſit Fortiſſimum, Autore Papinianô, in *d. l. 1. de Off. ej.* adſtruitur: quo de, Ne nunc prolixiores ſimus, ad Autores, Cothmannum *v. 1. Reſp. LXXIX. n. 29.* Carpz. *Conſt. El. XIV. part. 2. def. 2. n. 6.* & *Lib. 5. Reſp. El. XIX. n. 16.* item. *Prax. Crim. part. 1. Qu. XLVII. n. 19. part. 2. Qu. LIV. n. 30.* & *Qu. LXV. n. 15.* necnon *Jprud. Conſiſt. Lib. III. def. 30. n. 7.* Eachinæ. *Lib. XIII. controv. cap. VII. pag. m. 709. a. med.*

provocamus. Donec locò atque tempore magis opurtunô ex profeſſo id tractemus.

§. 9.

668. Enſicularii contrà pro ſe allegarunt, aut certè potuerunt:
*Ratio-* (1) Quòd Manubriarii à cudendis mucronibus deſtiterint ipſi;
*nes de-* atque adeò Furnô amplius haud indigeant: Viam igitur quam e-
*ciden-* legerint, juxta tritum iſtud, ipſis patere. Coler. *Proceſſ. execut.*
*ti.* *part. 4. cap. I. n. 71. per l. 21. §. f. ff. Qu. m. cauſ. l. 1. §. 10. ff. de Separat.* & eleganter. *l. 9. in med. ff. de ſervit. c. Cùm omnes 6. circa*
669. *fin. de Conſtit. c. Quod ſemel. 21. de R. J. in VI.* † (2) Quòd iidem Capularii prohibeant Enſicularios à Cochleis & confectione capulorum, quæ vendicent ſibi peculiaria, ob ſpeciem capuli. Non ægrè igitur ferent, dum hi faciunt ſimiliter, ac jure retorſionis rem ſuam quoque ſibi vendicant, quæ itidem ſibi ſit peculiaris; eademque militet prohibendi ratio. Quod enim quisque juris in alterum ſtatuerit, dignum eſt, ut eodem ipſe utætur. Per quod quis peccat, per idem punitur & idem. Aut igitur Capularii Cochleas reſtituant liberasque Enſiculariis permittant; aut Furnô pariter abſtineant.

§. 10.

670. Furnus nim. (3) integro Collegio, & hominibus in id congregatis Non abſolutè, ſed ſub certo reſpectu fuit conceſſus: Quatenus cuſò opus eſt. Furnus ad cudendum inductus: Quidquid autem certò ſolùm intuitu indulgetur, contrariô reſpectu denegatur. Nec enim contrarium debent producere effectum, inducta ad certum finem. *l. 19. pr. de leg. 3.* & Limitata cauſa li-
671. mitatum producit effectum. *l. 16. ff. de R. D.* † Capularii (4) ad cudendum & furnum, amplius qualificare ſe non valent; Sed patiuntur exceptionem inhabilitatis: ex quo ſpeciem novam, aut illam ſpeciei partem ſelegerunt fabricandam, quæ ut furnô haud perficitur, ita eodem haud indiget. Ceſſante autem causâ, ceſ-

ſat

ſat effectus *l. 6. §. 2. ff. de Jur. Patr.* & non caret vitiô turbationis,
quidquid aſſumis quô ſuperſedere queas. Et quidem. † (5) Spon- 672.
te id fecerunt ſuâ. Volenti autem non fit injuria *l. 145. de R. I.*
Juri pro ſe introducto, quilibet renunciare permittitur. *l. 21. C.*
*de Pact.* dum beneficium invito non datur. Juri autem pro ſe,
(quamdiu integram adhuc ſpeciem elaborabant utriq; promiſ-
cuè, nec peculiare ſumebant quidpiam, introducto,) renuncia-
runt, quamprimùm Capulum ſumſerunt ſibi cum jure prohi-
bendi adverſus Enſicularios: Ne videantur injuriam Sociis in-
ferre, utrumque ſumendo; quibus tantundem debetur.

§. 11.

Nec juvat eos (1) *Origo* priſtina, quâ cum alteris vive- 673.
bant in communione; ſed factô nunc ſuô diceſſerunt. Nam *Reſpō-*
Omnia ſunt intelligenda Rebus ſic ſtantibus, in eodem ſtatu per- *ſiones*
manentibus *l. 32. § 4. ff. de Recept. arb. l. 33. §. 1. de leg. 3.* & eleg. *ad rat*
*cap. Ferro. 18. ibi*: Non debet inſpici quod fuit, quia incipit eſſe *dub.*
quod non fuit. *diſt. 50.* † Non (2) ſeu *Pactum* ſeu Statutum de 674.
A. 1592. d. 30. Decembr. Quòd extra Cultrarios Furnus Nemi-
ni debeat eſſe licitus. Quia tamen exinde non ſequitur: Quaſi
unicuique qui eſt de genere Cultrariorum, debeat competere.
*Prohibitio* tendit ad omnes Extraneos: Unde non confeſtim *Con-*
*ceſſio* pertinet ad omnes Sodales. Eſt enim Collegium hetero-
geneum. † *Argumentum* procederet in *homogeneis*. Quam- 675.
primùm ergò privilegii uſum arrogant ſibi, qui membra quidem
ſunt, ad quæ tamen non quadrat; incipit agi contra intentionem
Concedentis, contra rei naturam; & agnaſcitur anſa diſſidio-
rum & querelarum: ut vel planè ſeparari queant. Sicuti ob e-
andem cauſam Sutores quondam Coriariis uniti, rem ſuam ſibi
habere juſſi ſunt. † Nomen Cultrariorum, Totius eſt; & tunc 676.
utroſque comprehendebat, Klingen-Schmiede und Meſſer-
Beſchaler / quando concedebatur Furnus utrisque cum jure

qui-

quidem prohibendi, adverſus Exteros; ſeu Omnes qui non erant de Collegio: aſt non, in quantum fabricabant capulos, ſed quatenus cudebant mucrones; A diverſis ergò mala ſit illatio: quin potius, cùm Capularii furnum arrogant ſibi, contra eosdem Enſicularii eodem utentur jure.

§. 12.

677. Privilegium indultum eſt *toti* Collegio, intuitu *certa* operationis, & ſic in gratiam certorum membrorum; aut, ſi omnes dum cudebant, tamen non abſolutè, ſed ut ſic. Integrum Collegium utebatur privilegiô in omnibus membris, quamdiu membrorum invicem nullum erat diſcrimen. Nunc, ubi ſeceſſerunt in partes, quas quisque ſumſit ſibi, Privilegium cedit ei, atque ejus fit proprium, in quem quadrat, & qui agit hoc quod li-
678. tera ſonat. † Talia ſunt prædicata, qualia permittuntur eſſe à ſuis ſubjectis, ut eſt in *l. 32. ff. Sol. matr.* Hinc Privilegia data univerſitatibus, non confeſtim exercebuntur à quibusvis membris: Sed quando præcedunt plura ſubjecta, non ſemper fit relatio ad omnia; quando non eſt tanta ratio de uno ſicut de alio: ſed ſolùm refertur ad illud de quo eſt melior & plenior ratio. *l. 24. pr. junct. Gloſſ.* 2. *ff. locat.* Molin. *Tom. 1. Conſil. XXIIX. n. 5.*
679. Hartm. Piſt. *2. Obſ. LXV. n. 9. ſeqq.* † Prædicantur quædam de toto, ſed intuitu certæ partis, quæ reliqua membra ſibi nequeunt arrogare. Sic homo totus ambulat, videt &c. Sed mediante Pede vel Oculô. Neque tamen Pes viſum, neque Oculos greſſum
*Deciſio.* ſibi tribuet. Quare *d. 6. Martii 1666.* rurſus uniti quidem eidem Collegio, ad evitanda multa incovenientia: Sed Furnus ſolis ceſſit Fabris.

§. 13.

680. *Culter Vietorum.* (3) Quum doliorum ligneorum uſus increbuerit, ut in omnis generis rerum uſum & convaſationem, aridarum æquè ac liquidarum adhibeantur: cepit itidem, ut unus atque alter, ſeu

operis

operis illis omnibus elaborandis, ſeu lignis & cœtero apparatui, hinc atque iſthinc neceſſariis comparandis, inſufficientiam ſuam animadvertens, certum ſibi ſeligeret. † Cepit ergo porrò 681.
& *factum in jus commigrare*, ſic, ut qui longò tempore non niſi vaſa confecerit minora, prohibeatur à reliquis & in futurum conſtruere majora: Viciſſim hic jure quodam *retorſionis* aſſeruerit ſibi minora, cum jure prohibendi adverſus alteros. Unde tandem diſcrimen extitit der Groß- und Klein-Binder: Et cùm inter vaſa majora emineant Cupæ, Illi Küffer dicti fuerunt; Hi Kübler/ à capedinibus von Gelten und Kübeln. † Alibi ali- 682.
ter dividi ac denominari ceperunt, ut tres eorum ſint claſſes, Weiß- Roth- und Schwartz-Bänder. Qui poſtremi, ut potentiores; dum ſoli id ſuſceperunt, qui ſumptibus majoribus vaſis neceſſariis eſſent idonei; Ita plus autoritatis ac prærogativæ ſibi ſumſerunt: interque eas Jus Cultrum vietorium das Bind-Meſſer/ geſtandi, cum excluſione illorum minorum gentium.
† Forſan magis opus habuerunt, atque uſum geſtandi ex neceſ- 683.
ſitate quadam retinuerunt; Cœteri ex libertate, ut tantò eſſent expeditiores, liberè ſepoſuerunt. Jam verò, Quæ ab initio ſunt voluntatis, ex poſtfacto fiunt neceſſitatis: viam quam ingreſſus es, calca! Nec turbandi erant cœteri in quieta longi temporis poſſeſſione. † Obtinuerunt etiam *decretum d. 28. Julii 1638.* 684.
Daß den Meiſtern Kubler-Handwerks und dero Geſind/ Kiefer- und Band-Meſſer zutragen/ biß dahero nicht gebühret/ ſondern ſie daran zuviel und unrecht gethan. Derowegen ſie ſich dergleichen forthin müſſigen und davon abſtehen/ hierinnen den Küffern/ (und auch ſonſten in ihrem Handwerk mit Wein-ablaſſen) keinen Eintrag thun ſollen/ bey Straffe fünff Pfund Pfennige / ſo offt darwieder beſchiehet.

§. 14.

685. *Enimverò*, Ut *vinum transfundere*, Doliariorum majoris capacitatis proprium eſſe poſſit; dum cœteri dolia pro aridis mage, & quæ ſint in Supellectili elaborant: Ita non malè abinde abſtinere juſſi ſunt: *Cultrò* autem Vietoriô ad cingulorum elaborationem utrique opus habent, quem ſicut hi ex libera voluntate, commoditatis ſuæ cauſâ depoſuerunt, ita pro arbitrio re-
686. ſument. † Maximè quando res eò devenit, ut Alteri illi depoſitionem hanc in ſuum commodum & ad jus excluſivum ſibi quærendum conentur interpretari. Nam in adiaphoris nemini cedere fas eſt. Et valet iſtud: Quæ ab initio ſunt voluntatis &c. tantùm in Contractibus *l. 29. C. de Pact. l. 1. C. de O. & A.* Qualis tamen hîc præceſſit nullus man ſis Res meræ facultatis. Quare
*Temperatum.* & poſteà, ad condemnatorum contrariam remonſtrationem ſuperius illud *decretum* d. 8. Julii 1648. *mitigatum* ac ſequentem in tenorem declaratum fuit: † Daß den Meiſtern Kübler-
687. Handwercks und dero Geſinde/ Kiefer-Meſſer/zutragen/ hiermit wiederumb verſtattet und zugelaſſen ſeyn ſolle. Tabor *de Hoplophoria cap. II. §. 7. pag. 116.*

§. 15.

688. (4) Patet inde, ut in *Metallis* transformandis plures ſæpe
*Glutẽ.* concurrunt Artifices, qui certâ ratione moti ſecedunt in familias, ac peculiaria quisque ſuæ profeſſioni vendicat ſibi inſtrumenta; Sic & in *Ligno*: Quod præter Vietores, exercet Fabros tignarios, Molitores item, qui regulariter unà ſunt Molitecti Mühl-Zimmerleut/ (ut ſic loqui liceat.) Arcarios, Tornatores, Scul-
689. ptores & alios. † Horum ſunt utique aliqua *inſtrumenta indifferentia*, ut Securis: ſunt *dubia* & quaſi amphibia, ut Dolabella: quorum certi generis ac figuræ tolerantur mage quàm conceduntur. Sunt denique ſpecifica & *Terminalia*. Nam uti Aſciam die Zimmer-Axt/ apud Scriniarium vix repereris; Ita viciſſim Fabros

Fabros lignarios Glutine & Dolabellâ volunt abſtinere, tanquam Capſariorum propriis: † In tantum, ut Statutis etiam ſuis id 690. receperint Fabri Tignarii, Nolle ſe *Glutine* uti. Sub duplici tamen declaratione: Cùm Operum *vilium*: tum *Defectûs* Scriniariorum: Ut ſolent enim iſtius generis homines monopoliis ſuis rigêre; confiſi, non affore extra eos alium qui auſit: probè igitur rogari atque expectari volunt. Wer nicht warten wolle / mög einen andern ſuchen / könten umb eines wenigen Flikwerks willen nicht nöthige Arbeit ſtehen laſſen. † Ita 691. autem habet *Artic. Ordin. Architect. 19. de A. 1660.* Sollen die Meiſter unſers (Zimmer) Handwerks Macht haben / zwo Leimungen mit ſchlechter Arbeit zu haben. Wenn zumahl die Tiſcher zu dergleichen Arbeit nicht leichtlich zuerlangen. Wie es dann in andern Städten bräuchlich. Woferne aber die Tiſcher zuerlangen / ſollen ſolche die Leimungen verrichten / und die Meiſter unſers Handwerks ſich deren enthalten. Scil. Neceſſitas multa excuſat quæ cœteroquin illicita.

§. 16.

(5) Pervaſit res hæc etiam ad *Lapidarios*, quorum non 692. minus variæ *familiæ*, quæ omnes de Murariis tanquam ſtipite Klippel und Eiſen. deſcendunt, ut primô dentur Lapicidæ ſimpliciter, cœterorum omnium præcentores, Stein-Brecher oder Stein-Gräber / Murarii Maurer: Quadratarii Stein-Metzen / Statuarii Bild-Hauer / Cœlatores, Siegel-Gräber / ut ſic dicam. † Singu- 693. li illi pro aſſumta diverſa profeſſione aliquod æſtimant *inſtrumentum* diſtinctivum ſeu *ſpecificum*, cujus exercitiô alios valeant prohibere: quemadmodûm ſtatutis Murariorum Cizenſium *art. 28. eoque ultimô* cautum; † Sollen denen Maurern / 694. Meiſtern und Geſellen / Klippel und Eiſen / Steinwerk damit zu machen / gäntzlich verbothen ſeyn. Was aber einer mit Spitz- und Stein-Axt / als nemlich: Ohrt-Steine / harte

harte Tafeln/ Keller-Stuffen/ Krag-Steine/ ſo vertincht werden/ machen kan/ ſol ihnen vergönnet/ und nichts weiters damit zu machen zugelaſſen werden.

§. 17.

695. Lima. (6) Relabimur ad Metallarios; Qui non artis alicujus, ſed ſeriei literariæ ductum ſequi conſtituimus; Quos inter LIMA terminale inſtrumentum habetur; Atque *Serarios* inter ac *Solearios* controverſia, non hodie noviter, ſed quantum ad ſeculum retrò docent acta, fuit agitata; *Ecquid* Solearios limare opera ſua deceat, & conſequenter limam in inſtrumento habere va-

696. leant? † Præprimis autem in hac noſtra civitate, cùm ſuperioris ſeculi Annô 1584. tum hôc præſenti: quando Solearii certas ob cauſas Collegium fabrile die Schmiede-Zunfft/ cui uſque eò fuerant uniti, Anno 1680. relinquere, ac peculiare quoddam

*Rat. dubit.* conſtituere volebant; inter alia capita, ſuper certificatione inſtrumentorum, in ſpecie LIMÆ, magnâ contentione fuit diſ-

697. ceptatum. Aſſerentibus *Soleariis* liberum ejus uſum: † Sequentibus fundamentis innixis: (1) *Indigentiæ*: dum opera quædam fabricent ſuo opificio genuina, quæ limam omninò exigant: Die Unentbehrligkeit. Citra contradictionem enim Serariorum, Carpenta ferramentis obfirmare ipſis liceat, Kutſchen beſchlagen quæ utique elimanda ſint. Cujus rei atteſtatum ſui Collegii Naumburgenſis de dato 8. Novembr. 1680. produxerunt, ad quinque capita poſtulata, inter cœtera reſpondentis:

698. † Zum dritten/ machen die Meiſter zur Naumburg Kutzſchen und Wagen mit aller Zugehör/ nicht alleine hier/ ſondern in Leipzig/ Dreßden/ Halle/ auch in weit entlegenen Städten/ ſo weit man wandert/ erfahren wird. Auch darzu Schrauben/ Feylen brauchen/ und anders/ was zu ſolcher Arbeit vonnöthen/ die Schlöſſer/ vielweniger die Büchſenmacher/ ja auch an keinem Ort verwehren können.

§. 18. Ac-

§. 18.

Accedit igitur (2) *Conſenſus* quidam *univerſalis* & uſus. 699.
Quòd enim in ſpeciebꝰ arti ſuæ citra omnem diſputationem peculiaribus, & Cochleam & Limam uſurpare valeant, Non ex Statutis Soleariorum Lipſienſium ſolùm conſtet, quorum *art. XVII.* Solus abuſus prohibeatur, eoque ipſo Uſus ordinarius permittatur: Nam Privatio præſupponit habitum. *l. 20. ff. ex quib. c. maj.* & exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis. *l. 12. §. 43. verſ. deniq; ff. de Inſtr. leg.* † Iſt hierneben abgeredet und 700.
verwilliget / daß die Huf-Schmiede zur Ungebühr die Schraub-Stöcke nicht brauchen / noch andere Sachen feylen ſollen / als welche unſtreitig in ihr Handwerk gehörig. Und da ſie in einem Wiedrigen betreten / oder deſſen überführt werden ſolten / dieſelbe ſo dann / und auf ſolchen Fall / jedes mahl 5. Reichsthaler Straffe geben ſollen. † Verùm et- 701.
iam Collegium Solleariorum Vinarienſium, ad ſimilem conſultationem, ſub dato 11. Nov. 1680. Reſpondit ad quæſita: Zum (3) weil allhier von den Huff- und Waffen-Schmieden / nicht allein diß Jahr / ſondern auch andre Jahr viel Kutſchen ſind beſchlagen worden / auch wir die Feylen nicht allein in dieſer Arbeit / ſondern auch bey ſtarker Mühl-Arbeit gebrauchen müſſen / die kein Schlöſſer oder Büchſenmacher machen kan / darff ſie uns nicht verwehret werden. Wird auch niemahls gewehret werden / daß wir die Feylen ſo wol als die Schlöſſer brauchen dürffen.

§. 19.

Unde aliud propullulat argumentum (3) à *Longa poſſeſ-* 702.
*ſione:* quod Naumburgenſes etiam ſuggeſſerunt in ſuo poſtſcripto: Geben zur Nachricht / daß zur Mit-Weyde in Anno 1648. Gleich ein ſolcher Caſus ſich zugetragen / und denen Huff- und Waffen-Schmieden allda / auch ſolche Sachen

zu machen verbiethen wollen/und ſolch Ubel Begehren vor-
703. genommen. † Darauff der alte Chur-Fürſt/ Johann Ge-
org II. einen Befehl ertheilet / daß die Huff- und Waffen-
Schmiede alda/ ſolten machen Kutzſchen/ Kaleſchen/Aexte/
Peyle / auch Waffen-Zeig mehr führen. Hingegen den
Schlöſſern/Büchſenmachern und Spohrern gäntzlich ver-
bohten ſeyn/ zu führen und machen. Die Meiſter aber zur
Mitweide hetten es auff 200. Jahr im poſſes gehabt.

§. 20.

704. *Serarii* contrà, non attendentes: Quid ſeu Exteri obſer-
*Rat.* vent, ſeu Solearii noſtrates ad operum ſuorum ulteriorem re-
*decid.* quirant elaborationem: Juri per Anteceſſores ſuos, jam ſeculô
elapſô, quæſito inherentes: quum & tunc poſt mutua diſſidia
in talem coitum ſit tranſactionem, *d. 6. Martii 1584.* decretô Se-
natûs firmatam *d. 14. April. eodem annô:* Quâ conceſſis quibus-
705. dam operis, LIMA exſertim detracta Soleariis fuerit. † Daß
den Huff-Schmieden / wie voralters bräuchlich geweſen /
Bänder an Top/ Thüren und Läden / auffgeſetzte Haken
und Nied-Nagel zu machen/wie ſie aus dem Feuer geſchmie-
det / und an Holtzwerk angeſchlagen/ nicht ſol gewehret /
706. ſondern vergönnet und nachgelaſſen ſeyn. † Aber an die
Bänder mit der Feyle Reiffen zu ſtoſſen oder dieſelbe da-
mit zu poliren/ deßgleichen die Nied-Nagel/ auffgeſetzte Ha-
ken zu feylen/ und in Stein zu hengen / und die gebrochene
Bänder zu feylen/ oder mit der Feyle zu berühren / Item/
Eiſerne Fahnen zu machen / ſoll allen Huff-Schmieden all-
hier gäntzlich verbothen ſeyn/ und nicht verſtattet werden.

§. 21.

707. Ad inſtantiam Indigentiæ reſpondent, diſtingvendo (1) In-
ter rem & rei modum: ut non confeſtim ſupremus perfectionis
gradus cujusvis manufacturæ ab eodem ſit expectandus, ſed unus
alte-

alterum excipiat; ut in panno videre eſt. (2) Inter neceſſitatem legitimæ operationis, atque Turbationis. Multa ſiquidem opus ſint v. g. Chirurgo, ad hoc ut ſit Pharmacopæus; non confeſtim tamen eidem indulgenda: Contineat ſe potius intra terminos, & multis poterit absque detrimento carere; pro ſuo tamen modulo ſatis prodeſſe. Et ſic in aliis. 3. Limæ ſint duum generum, ad crudiora & politiora; Non has, ſed illas Solearios decere.
† Cœtera dubia non attinent huc, ubi non tam de uſu adhuc li- 708.
bero, aut moribus aliorum, quàm Pactô locali agatur. Pacta autem dant legem contractui, Willköhr bricht Landrecht. Pacta rumpunt leges, & ex conventione Contractûs legem accipiunt. *l. 1. §. 6. ff. de Pact. l. 23. ibiq. gl. de R. J.* Illud etiam pactô in ſe quis recipere poteſt, quod aliàs ex natura negotii facere non
cogeretur. † Quando itaque negotium ad Illuſtre Regimen de- 709.
latum, *A. 1680. d. 6. Nov.* poſt. reliqua capita fuit decretum: Hergegen werden die Huff-Schmiede ſich deß / bey denen Schlöſſern gewöhnlichen Werkzeiges / inſonderheit der Feylen / hinführo gäntzlich zu enthalten wiſſen. † Quod, cùm 710.
inter alia capita refricaſſent Solearii, denuò confirmatum. *d. 16. April. 1681. ibi.* Und nachdem der Feyle halben bereits am 14 April 1584. ein gewiſſer Vertrag und Schied vor dem Rath auffgerichtet worden / als verbleibets darbey nochmahls in allem. Und werden ſich die Huff-Schmiede demſelben hinführro allerdings gemäß zuverhalten wiſſen.

§. 22.

Equidem inſtantiâ renovatâ exceperunt, allegatum Receſ- 711.
ſum haud abſolutè prohibere omnimodam LIMÆ uſurpationem, ſed reſtringere ad certa objecta, certumque operandi modum: Intra quos terminos etiam paratos eſſe ſe continere, neque aliûs generis limâ, quàm ad ſpecies ſuæ artis neceſſariâ poſthac uſuros operaturosve eſſe: Mit ſolchen Feylen / als wir

ſon-

ſonſten zu unſerm Handwerk unumbgänglich brauchen
712. müſſen/ ferner nichts machen wolten. † Acceptantes hoc Serarii, per miniſtros Senatorios curarunt ipſis quædam inſtrumenta pignorari & auferri: Cauſâ itaque ad Illuſtre Regimen rurſus delatâ, pro Reſolutione *d. 20. Febr. 1681.* emanavit decretum: Ihnen keine andere/ als die ſo genandte Horn-Feyle oder Raſpel zukommen/ und würden ſie damit ein vor allemahl ab- und zur Ruhe gewieſen.
713. † Iis nec in eo adquieſcentibus, atque ſuperiora decreta leuterando eò declarari petentibus, ut certè in operibus extra litem ad ſuum opificium ſpectantibus, limam adhibere impunè ſit ipſis; Repulſam tulerunt, atque ita dicto Receſſui anni 1584. decretis annorum *1680. & 1681.* ſuæque declarationi *d. 27. Octobr. 1681.* acquieſcere juſſi ſunt. Verba, quòd rem opidò faciant claram, pace benigni Lectoris apponemus.

§. 23.

714. Auf der hieſigen ſämbtlichen Huff-Schmiede/ de dato 4. Januar. jüngſthin eingegebner Supplication, worinnen ſie den Anno 1584. vor dem Raht allhier abgehandelten Vertrag/ wie auch die am 6. Novembr. 1680. und den 15. Novemb. 1681. zwiſchen ihnen und der geſambten Schmiede-Zunfft allhier/ ertheilte Regierungs Beſcheide/ dahin zu erleutern gebehten/ daß die Feylen und Schraub-Stöcke/ in Sachen und Arbeiten/ ſo unſtreitig in ihr Handwerck gehöreten/ ihnen nicht verwehret/ ſondern zugebrauchen nachgelaſſen
715. ſeyn ſolten. † Wird denenſelben hiermit dieſes zum Beſcheide ertheilet. Dieweil ſupplicirende Huff-Schmiede erwehnten Vertrag de Anno 1584. jederzeit ſelbſten vor ſich angezogen/ in demſelben aber ihnen der Gebrauch der Feylen/ in dem §. Aber an die Bänder rc. außtrücklich verbohten/ die Anno 1680. und 1681. mit gutem wohlbedacht abge-

gefaſſete und publicirte Regierungs-Beſcheide/ ſich auff erwehnten Vertrag gründen/ und auſſer dem der Billigkeit allerdings gemäß ſeynd/ über dies ſie / die Huf-Schmiede bey der am 27. Octobr. abgewichenen 1681ſten Jahrs gehaltener Verhör / ſich expreſſè dahin erklähret / daß ſie keine Schlöſſer- ſondern dergleichen Feylen/ wie ſie zu ihrer Arbeit vonnöthen haben/ gebrauchen wollen: † Ihnen aber 716.
keine andere/ als die ſo genandte Horn-Feyle oder Raſpel zukommen; Als weiß man dahero ihrem ſo offt wiederholten ungegründeten Suchen keines weges zu deferiren / ſondern es werden die Huff-Schmiede damit ein- vor allemahl ab- und zur Ruhe gewieſen. d. 20. Februar. 1682.

§. 24.

(6) Ordinem elementorum literariorum ſectantes, MA- 717.
CHINAM Textoriam filorum conduplicandorum ſiſtimus, die Zwirn-Mühlen / quam novum iſtud Artificum genus, cui Belgicam in his oris debemus texturam, die Zeugmacher / ſibi vendicat, atque ab ejus uſu tam Linteones quàm Pannifices prohibere ſatagit, ſibique peculiarem ita vindicat, ut *Terminale* ſit *inſtrumentum*. † MATERIARIOS latinè dicere liceat hos, 718.
qui nec in vernacula propinquius invenire potuerunt nomen quod imponerent ſibi, quàm Zeugmacher / quò *à Pannificibus*, cum quibus ſpecibus atque manufacturis penè concurrunt: ac Wöll-Weber / quô *à Linteonibus* diſcernantur, à quibus tamen exierunt; Ut colligere eſt non ſolùm ex Carpzovii *Lib. I. R. El. XLVII. 8.* verùm etiam decreto quodam *infrà* §. *28.* allegando. † Aſſertum autem, quòd Inſtrumentum iſtud eâ ratione ſuæ 719.
tribuant arti, ut hactenus ab affinibus dignoſcantur, patet ex ipſorummet Rotulis, v. g. Civitatis Ronneburgenſis. *art. XVI. ibi*: Wie auch kein-reine Zwirn-Mühle haben und halten ſol / als allein die Würker / ſo das Meiſter-Recht erlanget ha-

 ben.

720. ben. Cizenſis *art. I.* † Quare & Pegavienſes inſtiterant, ut renovatæ confirmationi ſuorum Statutorum, ſub *art. XIII.* ſequens clauſula insereretur : Es ſol auch kein Leinweber Fug und Macht haben/ in unſer Handwerk zu greiffen und gezwirnt Garn zu verarbeiten/ oder andere Niederländiſche Wahren zu machen/ bey Verluſt der Wahren. Ferner ſol auch keiner in dieſer Stadt und Ambt eine Zwirn-Mühle zu fordern befugt ſeyn/ der nicht in unſerer Zunfft. Er ſey wer er wolle/ bey Verluſt derſelben.

§. 25.

721. Et verum utique eſt, artem Materiariorum (1) Fila exigere quàm Pannificum *ſubtiliora*, qui vocant Sattynen Garn/ gallicô credô vocabulô, in qua lingva SATIN ſerici ſpecies eſt Atlas. Unde certæ eorum texturæ nomen eſt Satiniſchk/ & alii Brüggiſcher Atlaß; quô ipſo differunt à Pannificibus, qui fila nent craſſiora & ex lana ſubbrevi, Spinnen kurtze Wolle/ dikk und grob Garn. † (2) Materiariorum artificium exigit fila *duplicata*, ut panni eorum durabiliores ſint, & frigori reſiſtendo, hominique veſtiendo & operiendo magis idonei; Linteonum pannos contrà tenues eſſe oportet, quia induſiis & interulis adhibentur : Machinas ergò conduplicatorias, non arti ſuæ exercendæ, ſed Materiariorum turbandæ adhibent. † Debebunt ergò his relinqui, qui & carere iis nequeunt, & ex iis quà tales dignoſci poſſunt. Quin, ſi non eſſet κριτήριον quoddam & differentia ſpecifica, jam & confuſio cum aliis artibus oritura, & libera cuique foret eorum turbatio, tanquam ſepimentô ſublatô; *Conf. Eph. II. 14.* † At enim, Cùm ante adventum eorum, Linteones defectum eorum oportuerit ſupplere, atque in telis eorum inveniendis multùm ſudarint, iidemque Materiarii prius quàm in Collegia coire potue-

722.

723.

724.

tuerint peculiaria, ad Linteones diverterint; credo, in hoſpitii memoriam aliquid illis debere.

§. 26.

(7) Circa PECTINES Fullonios haut contemnenda Pan- 725.
nifices inter atque Materiarios, denen Tuchmachern und Zeugwürkern oder Wöllwebern/ intercedit Contentio: Utrisque *pexendi officium* cum inſtrumentis neceſſariis, ac jure prohibendi, ſibi aſſerentibus. *Pannifices* quidem carminare lanam & pectines eidem oportunos, ſuæ artis eſſe, ab iisque Materiarios abſtinere debere ſtatuunt. Solten nicht Kartätzſchen noch Krempel-Kämme führen / weilen ſelbige denen Tuchmachern zu kämen. Ita ☽ *29. Julii 1679.* adverſus Georg Zangern/ poſtulabant. † *Materiarii* contrà, Pectines duplica- 726.
tos ſeu Italicos, ſuos; & lanam ſic præparare, cum filis inde netis, artis ſuæ, abindeque Pannifices arcendos eſſe: Unde proceſſum ipſum, Italicum; ſed ſuum atque ipſis genuinum vocant; prout obſervare licet ex quodam eorundem *ſupplicato: d. 4. Nov. 1685.* Betreffend das Kämmen der Wolle / beſtehet die differentz hierinnen / die Tuchmacher mögen ſo viel ihr Handwerk erfordert/mit einem Kamme kämmen laſſen/ die Zeugwürker aber mit gedoppelten/oder/ wie insgemein geſagt wird/ uff wälſche Art. † Item alio locô: Und ob 727.
die Tuchmacher einſten bey Confirmation ihrer Innungs-Articul vorgehabt / Sattynen Garn / woraus der Boy gemacht wird/ Spinnen/ und darzu die Wolle kämmen zu laſſen; So hat doch E. E. Rath hiewieder erinnert/ daß es gegen der Würker Handwerk ſey. Und iſt daher bey der Tuchmacher alten Innungs-Articulen verblieben / und hat auch dieſes Garn zum Boy nicht erhalten können. Wie vielmehr iſt ihnen verbothen / ſich alles Kämmens und Spinnens auff unſere Art anzumaſſen.

*Pectines Fullonii.*

§. 27.

728. Quinimò in alio cujusdam Materiarii *ſupplicato de 2. Nov. 1683.* Pannificibus certi generis Pectines etiam duplicati dabantur; verb. Und ſind auch die Tuchmacher dortſelbſt nur zwey-männiſch/ als welchen die zweyfachen Kämme zukommen/ weilen dieſelben gekemmete Ketten verarbeiten. Denen einmänniſchen Tuchmachern aber einfache Kämme/ wie ſie voralters geführet/ gebühren. Dergleichen einfache Kämme auch wohl bey hieſigen (Jeniſchen) Tuch-
729. machern noch anzutreffen ſeyn werden. † Ut adeò non *Res* ipſa, ſed rei *Modus* in controverſia ſit; & Pexere, aut Pexatores in ſuum cujusque uſum alere, utrimque ſit integrum, dum ſuô quisque procedat more. Nempe Differentia ſpecifica & *fines* cujusque *artis*, ipſis quandoque *ignorantur* Opificibus, aut ſanè non ita diſtinctè oſtendere valent; ſed utrimque de dilatandis laboratur pomœriis, atque plerumque ad poſſeſſionem provo-
730. catur & exercitium. † Unde tot *ſuper Finibus* eorumque tuitione *litigia*, Quas manufacturas, quibus inſtrumentis, quo denique tractandi modô huic vel illi producere liceat. Quæ poſtmodùm per Judicem rite & ex fundamento haud informatum decidi nequeunt, Sed quisque illorum in ſtatu quo, ſeu Conſuetudi-
731. nis, Obſervantiæ, Styli ſeu poſſeſſionis fuerit relinquendus. † Ac diſcernenda videntur *Natura* negotii & *Poſſeſſio*, tanquam *Jus* & *Factum*. Des Handwerks Eigenſchafft/ und wieweit es jedweder damit her bracht hat. Sicuti aliàs diſtinguitur inter Contractum & Pacta adjecta.

§. 28.

732. Pro *mente noſtra* qualitercunque explicanda, tenendum ante omnia putamus, *Materiarios* haud eſſe Aborigines αὐτοχθονας, ſed in hanc noſtram ſuperiorem Germaniam tanquam *Belgi Coloniam* noviter commigraſſe; Atque adeò de moribus anti-

quis

quis atque inveteratis,aut immemoriali præſcriptione haud glo-
riari poſſe. † Quoniam tamen novam, & antidhac penes nos 733.
confici haud ſolitam manufacturarum progeniem introduxe-
runt, ſuus utique locus, *ſua ratio iis conſtare* & protectio imper-
tiri debebit. Textorum propago ſunt, ſed in ſola lana occu-
pantur; non autem pannos,aut craſſam, ſed uſitatô pannorum
genere ſubtiliorem texunt ſpeciem. † *Medium* ergô Linteones 734.
inter atque Pannifices tenebunt *locum*; atque oportebit utros-
que illis aliquid loci concedere : h. e. fines opificiorum ſuorum
non ulterius quàm per novos hoſpites licet,extendere; ſed pati,
affinia ſuis uſurpare inſtrumenta, cognatas elaborare manufa-
cturas, affinem ſervare procedendi rationem,ab his omnibus ab-
ſtinere : Nec cauſari, per eos aliquid ſibi decedere,atque ob id
eos impedire,expiſcari arcana,æmulari,& illorum aquam ad ſu-
um molendinum derivare;Sed imò juxta ſe tolerare.†*Converſim*, 735.
novos hoſce Hoſpites ita decebat erga præexiſtentes Opifices
cognatos ſe gerere, ut neque quod illorum eſt, invadant, neque
in poſſeſſione diutina, tamen innoxia turbent & jus quoddam
prohibendi tenus hac arrogent, ſuaque privilegia contra illos
præciſè data credant, ſed *fraternâ* potius *conjunctione* adverſus
Turbatores extraneos tueantur. Hinc tamen atque inde ſpe-
ctandum, quantum cuique per *Principem*, à cujus ſolius *gratiæ*
& nutu pendent, habere, agere licet, ut eo contentus vivat.

§. 29.

Sed, qui genius eſt humanus, quilibet orbem terrarum 736.
ſibi propoſitum eſſe exiſtimat, atque dum quidquid fit obviam, *Inſtantia.*
ſuum efficere conatur, invadit quod alius jam occupaverat.
*Pannifices* lanæ monopolium machinabantur; coëmebant, &
ſelectis melioribus partibus, cœteras foris divendebant Turba-
toribus; qui dein juxta cum his Pexatores conducebant, lanam
ad inſtitutum Materiariorum carminantes; quam nendam am-

pliori mercede locabant, atque inſuper filis brevioribus in kur-
tzer Weiſſe/ reddi patiebantur: quô ipſo Materiariis ſuos ho-
737. mines abſtrahebant. † Quare *Materiarii* Pegavienſes, novam
Statutorum confirmationem meditantes *d. 5. Julii 1661.* Supplici
prece rogabant clauſulam unam alteramve ſuperioribus ma-
chinationibus medentem inſerere: Die Tuchmacher unter-
ſtünden ſich / die Wolle außzukauffen / Kämmer zuſetzen/
Spinner auff der Zeugmacher Art zu halten/ denenſelben
mehr Lohn und kürtze Weiſſe zugeben/ das Garn hie und
dahin zuverkauffen/ und ihren Handel dadurch alſo/ gleich
wenn ſie ordentliche Zeugwürker wären/ damit zu treiben/
und aus ſolchem/ auff unſere Handwerks Art geſponnenen
Garn / in dem ſie dergleichen nicht verarbeiten können/
738. gleichſam einen rechten Wucher zumachen. † Ja ob gleich
(4) wie ihnen wol wiſſend/ daß ein groſſer Unterſcheid
zwiſchen ihrem und unſerm Handwerk/ Wollſpinnen und
Kämmen/ indeme wir wälſche und doppelte/ ſie aber nur
einfache Kämme führen/ auch unſer Garn zart und klar/
ihres aber dikk und grob ſeyn muß: So wollen ſie es doch
dahin bringen/ daß wir von ihnen das Garn zu unſern Zei-
gen kauffen ſollen.

§. 30.

739. *Pannifices* contrà Negare partim Inſtrumentorum di-
*Exce-* verſitatem, partim aſſerere ſibi eandem licentiam conſtitutos
*ptio.* habendi, qui lanam *ad rationem Materiariorum* pexant atq; car-
minent: Licèt in honorem Sereniſſimi, qui Materiarios receptio-
ne Clementiſſimâ dignatus fuerit, non usque aut jugi hoc exer-
cuerint: Petere denique in hac ſua poſſeſſione defendi. d. 20.
740. Decembr. 1662. † Pro Quæſtor & Senatus oppidamus tan-
quàm Commiſſarii *relationem* ſuam humilimam eum in ſen-
ſum direxerunt: Concedendum utique Hoſpitibus illis ſemel

Cle-

Clementiſſimè receptis, dum & ipſi ab aliorum juribus abſtine-
ant. † Weilen in Eu. Hoch-Fürſtl. Durchl. gnädigſten 741. Relatio.
Willkühr eintzig beruhet/ neue Handwerker / und anietzo
das Zeugmacher Handwerk auffzunehmen / dieſelben zu
privilegiren / und bey ſothaner Bewandtniß ein Handwerk
dem andern in gewiſſen Stüken etwas nachgeben muß.
So ſtehet auch zu Eu. Hoch-Fürſtl. Durchl. gnädigſtem
Gefallen/ † Ob bey ſo beſchaffenen Dingen / dem Hand- 742.
werke der Zeugwürker zum beſten/die Leinweber/die Tuch-
macher / deß durch die Niederländiſchen Kämmer bißher
her ſich gebrauchten Wollkämmens / und des Wollinen
Garn-Handels müſſig gehen / und denn die Zeugwürker
dergleichen / ſo zu ihrem Handwerke nicht / ſondern dem
Tuchmacher- und Leinweber-Handwerk eigentlich gehö-
rig/ unterlaſſen/ ꝛc. *d. 10. Junii 1663.*

§. 31.

In quam ipſam ſententiam *Reſolutio* clementisſima emana- 743. Reſolutio.
vit. *d. 23. Aug. 1663.* Quæ cùm neque ad Linteonum neque
Pannificum eſſet palatum, Serenisſimus negotium ad Aulam a-
vocavit, atque Partibus utrinque auditis, quem libet ſuô jure
contentum eſſe jusſit, ſecundùm ea quæ *prox. præced.* §. *26.* dixi-
mus. Verba, ut merentur adſcribi, ita ſonant. † In ſtreiti- 744.
gen Innungs-Sachen/ und ſonderlich den Wollen Kauff/
das Wollenkämmen/ wie auch das Sattyniſche gezwirnte
Garn/und allerhand Niederländiſche Zeige betreffent/ des
Zeugwüker Handwerks/Klägers an einem/ denn/ der Lein-
weber und Tuchmacher Handwerks/allerſeits zu Pegau/
Beklagten anders Theils/ geben Herrn Hertzog Mori-
tzens ꝛc. zu hieſieger Regierung verordnete Cantzler und
Räthe dieſen Beſcheid : Alldieweil die Chur- und Fürſtl.
Mandata, wie auch Innungen und Privilegia klare Maſe ge-
ben/

ven/ ſo werden auch Beklagte bey denenſelben / wie ingleichen Klägere ſelbſt bey denen Ihrigen/ die ſie aufs neue/ und nach der / zwiſchen ihnen und dem Leinweber Handwerke getroffenen Separation erlanget / allerdings geruhig gelaſſen / und hat ſich kein Theil wieder das andere eines mehrern Juris prohibendi, als in angeregten Mandaten und In-
745. nungen begriffen/ anzumaſſen. † Hingegen aber in denen verbohtenen Vorkäuffen / Woll-außſchüſen und dergleichen/ angeregten Mandatis und Innungen bey Vermeydung der darinn enthaltenen Straff/ gemäß zu bezeigen. Und werden die in dieſer Sach auffgewandte Unkoſten gegen einander nicht unbillich compenſiret und auffgehoben. Uhrkündlich/ Naumburg den 12. Maij 1664. Quod decretum *vires rei judicatæ* conſecutum.

§. 32.

746. (8) Circa PELVES inter Chirurgos ac Balneatores, quas u-
Pelvis trique in ſignum Officinæ ſolent ante ædes ſuas habere ſuſpenſas, memini controverſiam extitiſſe: Non tam circa rem ipſam, quàm *numerum* earum. Dum *Balneatores*, illorum haud infelices æmuli (dum officinis Chirurgorũ per aliquot annos incogniti famulari conſveverunt) quaternas, quinas, ac quotas denique Chirurgi
747. appenderint, Ipſi quoq; ſuſpenderint. † Atq; eſt ea inſtrumentum exceptorium, ſangvinis videlicet, in venæſectione: & ſi hæc non liceret Balneatoribus, certè permittenda foret in ſcarificatione: quin aquam eâdem apponunt in barbæ tonſura: cujus controverſiam abſolutè haud patiuntur à Chirurgis. Non igitur arcendi inde Balneatores. Denîque in aliquibus locis *eodem corpore continentur*. Et cùm in civitate Bibracenſi (ex ſtatuto) quemlibet civem, citra religionis diſcrimen, alicui Collegio incorporatum eſſe oporteat; atque tempore quô Pacificatio Oſnaburgenſis exſecutioni mandanda erat, quæſtio incideret: Quorſum Chirur-

Chirurgi atque Balneatores? ad exemplum aliarum civitatum Imperialium provocabatur. † Bey den Wund-Aertzten/ 748.
Barbierern/ und Badern aber/ ſolle in acht genommen werden/wie es bey andern Reichs-Städten/ und ſonderlich der Stadt Ulm/ und Augſpurg gebräuchlich und herkommen. Knipſchild. *Lib.3. de Civit. Imper. cap. IV. fol. 736.b. pr.* Quanquam, quas expendunt utrique pelves, non profundæ ſint & ad uſum alicujus materiæ excipiendi paratæ, ſed planæ, Speculariæ Spiegel-Beffen/dictæ. † Quantum tamen ad *nu-* 749.
*merum expendendi* attinet, quoniam ſplendorem utique in eo quærunt iſti homines, atque Honoratiores omninò æſtimantur Chirurgi, præcipuum etiam quidpiam tenus hac ipſis eſt indulgendum. Sicut in hac ipſa civitate quinas, Balneatores unicam ſuſpenſam habent. Uratislaviæ Chirurgi plerumque duobus conis pelves habent appenſas, Balneatores unicam de conico ſuſpenſam habent; at fortè aliam ſupra fores ædium de pariete ſuſpendunt.

§. 33.

(9) Denique coronidis locô ſubjicere lubet aliquid de Fer- 750.
ro, ut ita loquar fornicatorio, dem Bügel-Eiſen. Quod cœ- Bügel-Eiſen.
teroquin eſt inſtrumentum domeſticum fœmineum; ferrum ſc. quod candens æreæ thecæ includunt, eoq; lintea noviter lota, ſed amylô glutinata modô complanant, modô gyrant, fornicant & in ſuas formas rotant. Ferrum quidem inſtar linguæ, ſed thecæ inſertum; Quæ duum generum. † Altera rotunda, inſtar 751.
campanulæ, ſed oblonga, & quæ parieti, ſicubi uſurpare velint, figenda. Nam huic lintea applicant, ſuperinducunt, eaque ſeu ut vela expandunt, ſeu in rugas atque plicas fornicata glomerant. Alterum genus latum atque planum eſt, manuque liberâ tractabile, & linteis ad menſam ſuper panno aliquo explicatis ſuperpoſitum, vectatur. † Artis hujus Magiſtræ, Lo- 752.


trices

trices ſunt, & quæ linteis conſuendis vacant; & non viris modò lintea veſtimenta parant, verùm çummaximè ſexui ſequiori, vanitatibus nimiùm dedito ſuumque ornatum indies renovanti mutantique, mit Schleuer-ſtekken und Kappen machen / famulantur: atque in Belgio peculiari veniunt nomine Kappen-
753. Setſters. Mart. Schook. *Belg. fœd. Lib. VII. cap. 9. p. 204.* † Enimverò, Nemini opinor controverſiam illius movebunt Inſtrumenti, aut ab ullo patiuntur; nec eatenus huc cenſuimus. Eſt verò & alterum, Sartorium: ferrum in figura quidem linguæ, ſed nudum ac ſine theca; manubriatum tamen, ut ſecurè prehendi tractarive queat: quô pannos conſutos in juncturis nimiùm tumentes ác rigentes complanant tractabilesque reddunt. Licèt autem neque ex eo Sartorem agnoſcas, nec diſtingui eo â pe-
754. regrinis poterunt opificiis; † Turbatorem tamen inde arguunt atque â verò Magiſtro ſecernunt. Si enim fortè Boëthum ſuis auſpiciis operas clam conducentem offenderint; ſine illo, inficiandi ſupereſt color: cum illo, præſumptio juris & de jure Turbationis habetur: atque ita d. 8. Aug. 1684. contra David Kaſtner/ ſervatum. Denique Opificem â quovis alio dignoſcimus, v. g. Architectum ex Triangulo; Vietorem, Fabrum, ex malleo ſeu ligneo ſeu ferreo: Cocum ex Cultro. Et ita porro. Sed argumentum hoc ſervabimus alii loco

# CAP. X.

## De
## *Dominio & Contractibus.*

## CONSPECTUS.

*Status inſtrumentorum legalis n. 755. conſiſtit in eo, quòd Jus ea commercio ſubdiderit 756. ut recipiant proprietatē 757. modis acquirendi*

*rendi dominium ſolitis. 759. Occupatione. 760. Specificatione. 762. Idque aliquando ex neceſſitate. 763. Libertate naturali plus 766. minusve reſtrictâ. 767. Amittitur dominium Derelictione voluntariâ. 770. Pignoratione Turbatorum: 773. Transferendoque dominium in pignorantes. 776. Dum fiat juſta de cauſa. 778. Recipiunt jus Hereditarium. 779. An & Servitutis? 782. certè Pignoris. 786. ſervatô tamen ordine; 789. & inter ruſtica ac urbana diſcrimine. 792. Inſtrumentorum traditio, tacita pactio; 793. inter opifices probata. 796. Num officinâ venditâ cedant acceſſionis vice? 798. diſtinguitur. 800. Locatoris obligatio circa inſtrumenta. 802. Merces amplior, ſuis operantium inſtrumentis. 864. Inſtrumenti bonitatem affirmantis obligatio. 806. Delicta circa Inſtrumenta. Furtum. 807. Damnum. 810. Homicidium 812.*

§. I.

SUfficiant hæc de *affectionibus* Inſtrumentorum naturalibus; 755.
*Moralia*, intelligimus *Statum* quem habent *à Lege*, quando commercio Singulorum inſtrumenta ſubdidit; ſuntque partim *emblemata* & habitus externꝰ, quô veſtiuntur quaſi, tum, quando vitæ civili ſimul immiſcentur; Qualitates dixeris morales, quibꝰ imbuuntur, ut ſic vel aliter habere incipiant; *Jura in re* vocant Doctores, de eorumque numero, Quinariꝰ an ſolitarius, vel amplius ſit? diſceptant. † Partim *Vincula* & remedia conſtringen- 756.
di aliquem, & quidpiam ab aliquo obtinendi; verbô: Alterum *obligandi*: Sic enim definiunt leges Romanæ Obligationem, quòd ſit vinculum juris, quô neceſſitate adſtringimur alicujus rei præſtandæ. *pr. I. de Obl.* Num ergò Inſtrumenta ex diſpoſitione Juris, aliquarum ibi receptarum affectionum, & Quarumnam ſint capacia ſeu receptiva? videbimus. † Potiſſimum ex omnibus 757.
DOMINIUM, eſt Jus, quô res aliqua noſtra, noſtrique arbitrii

eſt; ut colligitur ex *l. 21. C. Mand.* Quòd rerum ſuarum quisque moderator ſit & arbiter. Totum autem jus conſiſtit aut in acquirendo, aut in conſervando, aut in muniendo. Aut enim hoc agitur, Quemadmodùm quid cujusque fiat, aut quemadmodùm quis rem vel jus ſuum conſervet, aut quomodô alienet
758. aut amittat. *l. f. ff. de L. L.* † Utrum Inſtrumenta Dominium ſubeant? videndum: Divini an humani juris ſint? Summa ſiquidem rerum diviſio in duos articulos deducitur: Nam aliæ ſunt divini juris, aliæ humani; Quod autem divini juris eſt, id nullius in bonis eſt. Divini autem juris ſunt Res Sacræ, Sanctæ & Religioſæ. *l. 1. pr. ff. de R. D.* Ad nullam earum claſſem In-
759. ſtrumenta pertinent: E. humni juris ſunt. † Videndum igitur porrò de modis acquirendi. Quarundam autem rerum dominium nanciſcimur Jure gentium, quarundam jure civili. *l. 1. pr. ff. de A. R. D.* Modi juris Gentium ſunt Occupatio, Specificatio & Traditio. Occupatio rerum, aut Nullius eſt, aut Hoſtis.

§. 2.

760. *Occupatio.* Si quis igitur Herbis agreſtibus aliquid operari, v. g. tingere valeat; cùm libera ſit earum occupatio, eam huc referemus. Si, cui jus Lignandi haud competit, ſylvæ inferat Securim, Saltuarius pignorabit; per Jus ſaltuarium, cuivis notum: Coculam tamen, quantum decerpere fruticibus potis es, liberè colligere licet. Autore Feſtô ſunt Ligna minuta, quibus facilè coquunur obſonia: Unde Faſcem cocularіam vocare poſſumus id
761. quod Galli Pariſienſes vocant une couree. † Et quum inſtrumenta ſint regulariter mobilia, dubiô procul in Præda erunt Hoſtium: conſequenter gaudebunt *jure poſtliminii.* Non idem in Armis juris eſt; quippe nec ſine flagitio amittuntur. Arma enim poſtliminiô reverti negatur; quòd turpiter amittantur: Scribit Marcellus Lib. XXXIX. Digeſtorum. Equus au-

tem

autem & equa freni patiens, recipitur poſtliminiô: Nam ſine culpa Equitis proripere ſe potuerunt. Durchgangen ſeyn. *l. 2. §. 1. & 2. ff. de Capt. & poſtlim.* † Specificatione autem, ut 762.
aliarum, ita inſtrumenti quoque ex aliena materia fabricati dominium nanciſcuntur, quoticunque Opifices, qui ſua ſibi fabricare conſveverunt inſtrumenta: Quod integrum ipſis eſſe, *Jure probib. cap. VIII. n. 338. & 345.* oſtendimus: cui adde dicta *Sup. cap. V. hîc. §. 1.* Nec video, quæ impediat diverſitatis ratio, cœteros Juris gentium & civilis Modos Inſtrumenta acquirendi.

*Specificatio*

§. 3.

Iſtud ad libertatem naturalem pertinet, Liberum cuique eſſe, *res proprias poſſidere* atque acquirere; Eſſeque adeò ex genere permiſſorum: Niſi ſpeciatim quis ſeu *probibeatur*; ut Clerici Eccleſiæ Latinæ: ex ſpeciali voto Paupertatis. Quod tamen, an Voti nomen mereatur? quia non eſt arbitrii, ſed neceſſitatis: meritò dubites: & parum eſt quod à ſtipulatione diſtat. † Seu *jubeatur*; Idque ſtatutis quorundam Collegiorum, Boëthi: cùm tempore peregrinationis ac ſtatûs durantis; tum verò maximè, cùm ambiunt Magiſterium. Ita Fabri Lignarii quina inſtrumenta; aut pro unoquoque ſuppeditato penſionem hebdomatariam requirunt; ut diximus in Architecto. *Sup. cap. VI. §. 10.* Murarii bina, Kell und Hammer. † De Materiariis ſeu Lanariis diximus in nova editione Tyronis *cap. X. n. 649. inf.* hos qui ſunt Geravii Rhutenorum, non recipere in officinam Boëthum, niſi conſveta ſecum ferat inſtrumenta. Daß kein Geſell angenommen und gefördert werden ſolle / er habe dann den gebräuchlichen Werkzeug bey ſich.

763. *Dominium neceſſarium.*

764.

765.

§. 4.

*Magiſterii Candidati* quorundam Collegiorum ſtatutis ſpeci- 766.

ſpecimina ſuis jubentur elaborare inſtrumentis: qua in re *Pileones* præ cœteris rigidi, ſuam inſuper exigunt materiam. *art. IIX.* Soll mit ſeiner eigenen Wolle und Werkzeuge nachfolgende Stükke machen: Einen Kappen-Hut / einen Rei-
767. ters-Hut / einen ſchwartz-gefärbten Caninchens-Haar-Hut / ein lang baar Reit-Sokken. † Benigniores *Ephippiarii*: (utrique Cizenſes) qui Candidatum ablegant ad Primicerium; ſeu, Officinam illius pro theatro ipſi aſſignant, atq; *articulô IV.* Statutorum jubent Magiſtrum, Ne is inſtrumenta ſua, quâ habet bonitate, invideat. Auch ſeinen Werkzeug gönnen und leihen / ſo gut er ihn hat. Sub lege tamen, ſarciendi
768. corruptum, & ſi quid detrimenti per eum capiant. † Und da er dem Meiſter etwas an ſeinem Werkzeug zubricht / ſol er ſich deswegen mit ihm zuvergleichen und Erſtattung zu thun ſchuldig ſeyn. Relictâ Candidato libertate, ſua ſibi parata malit habere. Oder mag ihme den Zeug ſelber ſchaf-
769. fen / nach ſeinem Gefallen. † Mediâ incedunt *Reſtiones* ibidem viâ, ſeu ex utroque ſervant aliquid. Dum Candidatum, quum ſecundâ vice ſciſcitatur, monent, ut tertiùm reverſus Inſtrumentis inſtructus ſit: aut quacunque ratione deſuper cum Magiſtris conveniat. *Art. XI.* Es ſollen auch die ältiſten Meiſter denen ſo Meiſter werden wollen / auff die ander Muhtung anzeigen / daß ſie nach der dritten Muhtung alſobald gefaßt ſeyn mit ihrem Zeuge / und was ſie dann bedürffen. & Art. X. med. den Handwerks-Zeug / ſo er nicht hat / bey den Meiſtern auffbringen / wo er weiß und kan. Utrum optimæ notæ inſtrumenta daturi ſint, viderit ipſe.

770.

§. 5.

*Amiſſio dominii voluntaria.*

Dominium Amittimus aut *Voluntate* aut Lege. Spontaneus actus eſt, quum (1) Habuerit quis pro DERELICTO aliquid. Faciunt hoc *Lanii*, cùm pecus mactatum aperientes

morbô

morbô gallicô deprehendunt affectum; nam confeſtim *cultrô* aut quô alio tetigerint iſtud inſtrumentô, aſciâ ſeu ſecuri, relictô diſcedunt: quod deinde cedit Excoriatori. † Qui mos 771.
in tantum invaluit, ut ſuum jus quoddam ultimus ille hominum prætendat, Inſtrumenta, ſi quæ putat adhibita, nec tamen inveniat; Quin auſus fuit, Lanium transgreſſi moris judicialiter arguere: cùm potuerit tamen poſt ipſius diſceſſum alius abſtuliſſe. Unde denunciationem ipſius annotatam inveni quidem:
† *d. 16. Nov. 1678.* berichtet Hanß Walther von Schwar- 772.
tzenburg/ deß hieſigen Scharff-Richters Meiſter-Knecht/ daß er vor etzlichen Wochen zu M. auff des Herrn C. Hofe in der Scheunen/ einen Ochſen außgearbeitet/ welchen zuvor ein Fleiſcher ſchlachten wollen/ und als er geſehen/ daß er die Frantzoſen gehabt/ ſolchen liegen laſſen; Aber/ wider Handwerks Gewohnheit/ das Peyl und Meſſer mit ſich genommen. Sed absque epicriſi.

§. 6.

Ex diſpoſitione *legis* inviti amittunt Dominium *Tur-* 773.
*batores*: tam materiæ in qua deprehenduntur operari, quàm *Neceſ-*
INSTRUMENTORUM, quibus operantur, & ſpecierum quas *ſaria.*
elaboraverint; Idque communi Statutorum opificialium calculô: Quæ ſeu Collegio in ſolutum, ſeu Fiſco pro ſemiſſe cedunt. † Ita *Stannarii Ciz. art. XVII. fin.* Sollen ihm/ auff 774.
gebührlichs Erſuchen/ und Vermittels der Gerichts Hülffe/ die Stükke zum Handwerk gehörig/ ſambt der Wahre genommen/ halb in unſere Stiffts-Cammer/ und die andere Helffte dem Handwerke in die Lade geliefert werden: Menſularii art. X. Sollen die Meiſter denſelben (Stöhrer) mit den Gerichten und ihrem Vorbewuſt aufheben/ und die Arbeit ſambt dem Zeuge/ ſo ſie bey ihm finden werden/ zu ſich ins Handwerk zunehmen befugt ſeyn.
Durum

775. † Durum equidem videbatur, Materiam & ſpecies ſimul auferri: quæ poſſint eſſe alterius innocentis: Pœnæ autem graſſari ulterius non debebant quàm delicta *l. 22. C. de Pœn.* At enim, quomodò innocens erit, qui operas Turbatoris conducit: imputet ſibi! Damnum quod ſuâ quis culpâ ſenſit, ſentire non videtur. *l. 203. ff. & c. 86. de R. J. in VI.*

§. 7.

776. Quare per modum quendam *ampliationis* indultum, aut certè iſthuc referri poteſt, quod *Menſulariis* Ciz. per *art. IX.* indultum, ut Manufacturas artis ſuæ, ſeu per Magiſtros forenſes & extraneos, extra tamen privilegiatum Nundinarum tempus: ſive per Cives ipſos invectas, unâ cum inſtrumentis auferre, ſibique habere valeant: Und den Zeug ſambt der Ar-
